TABULÆ RHETORICÆ

CYPRIANI SOARII,

Sacerdotis è Societate JESU.

SIVE

TOTIUS ARTIS RHETORICÆ

Absolutissimum Compendium,

Eremi Insulae à Vigrensis

LUDOVICO CARBONE

ACOSTACIARIO, Sacræ Theologiæ in Almo Gymnasio Perusino olim publico Professore, singulari judicio, & industria selectum

In gratiā studiosæ juventutis.

VILNÆ.

Typis Universitatis Societatis JESU.

Anno Domini 1723.

TABULÆ Libri Primi RHETORICÆ

CYPRIANI SOARII,

Sacerdotis è Societate IESV.

CAPUT PRIMUM.

Quid sit Rhetorica? quod ejus officium & finis?

Definitio Rhetoricæ.

Est ars vel doctrina bene dicendi.

Quid sit Ars?

Ars est, quæ constat quibusdam rebus, id est præceptis, cognitis, quæ unum finem spectant, & nunquam fallunt.

Quomodo facta sit Ars?

Cùm alii temerè, alii callidiùs dicant, potuerunt notari ea, quibus alii meliùs dicunt, ex quibus ars fieri potuit.

Quid sit bene dicere?

Est optimis sententiis, verbisq; lectissimis dicere.

Officium, est apposite dicere ad persvadendum.

Finis, est persvadere dictione.

CAPUT II.

De dignitate & utilitate Eloquentiæ.

Eloquentia est digna.

Quia semper floruit & dominata est in omni libero populo. Quia nihil est jucundius auditui oratione ornata verbis & sententiis. Quia nihil est tam magnificum ac potens, quàm animos hominum oratione convertere.

Eloquentia est utilis.

Quia Consilia maximis de rebus explicat. Langventes animos excitat. Effræmatos còercet, & cupiditatem frangit. Hortatur ad virtutem, revocat a vitiis. Laudat bonos, vituperat malos, & consolatur mœstos.

Et quo major est ejus vis, ne quis eâ abutatur, eò magis est cum probitate conjungenda.

CAPUT III.

De Materia Rhetoricæ.

Quæ est Artis Materia?

Est ea, in qua omnis ars versatur, ut medicinæ morbi, & vulnera. Quæ in omni arte est terminata, exceptâ Dialecticâ & Rhetoricâ, quæ nullis terminis septæ tenentur.

Quare materia Rhetoricæ sunt omnia, quæ in disputationem cadere possunt, & quævis quæstio ad dicendum proposita.

CAPUT IV.

De Quæstione.

Quæstio est duplex.

Altera quæ dicitur infinita propositio, Græcè Thesis, cùm aliquid generatim quæritur: ut,

an Philoſophia ſit perdiſcenda? Altera finita, quæ Controverſia Latinè dicitur, Græcè Hypotheſis, cùm quæſtio contrahitur ad perſonas, loca, tempora, negotia: ut, an Socrates fuerit jure damnatus ab Athenienſibus?

Propoſitionis duo ſunt Genera.

Alterum cognitionis, cujus finis eſt ſcientia: ut, an Sol ſit major terrâ? Alterum actionis, quod refertur ad aliquid efficiendum, ut, quibus officiis amicitia ſit colenda?

Cauſarum tria ſunt Genera.

Quæ transferuntur etiam ad cauſas Judicii, Deliberationis, Exornationis ſive Laudationis.

CAPUT V.

De Exornatione, Deliberatione, & Judicio.

Partes Exornationis: *Laus & Vituperatio.* Tempus: *Præſens, Præteritum.* Finis: *Honeſtas, Turpitudo.* Motus: *Delectatio.*

Partes Deliberationis: *Svaſio, & Diſſvaſio.* Tempus: *Futurum.* Finis: *Utilitas, Detrimentum.* Motus: *Spes, & Reformidatio.*

Partes Judicii *Accuſatio, Defenſio.* Tempus: *Præteritum.* Finis: *Punitio, Impunitas.* Motus: *Sævitia, & Clementia.*

CAPUT VI.

Quomodo Hypotheſis ad Theſim revocanda ſit?

Consultatio, id est quæstio infinita, quasi pars causæ, id est quæstionis finitæ; quia in ea continetur.

Quo fit ut quæstio universa totas causas sæpe contineat. *Ut ecce quæstio hæc finita:*

An Aristotelis Philosophia sit perdiscenda, continet hanc: an Philosophia sit perdiscenda; quæ est infinita. Unde id, de quo est tota quæstio, traducendum est ad perpetuam seu infinitam quæstionem. Nisi cùm de vero ambigitur, quod conjecturâ quæri solet.

Finita revocatur ad infinitam: quia

Orationes quæ latissimè vagantur, sunt ornatiores: Et quæ de universo genere dicuntur, valent ad judicium ferendum de singulis:

Et quæ de universo genere probantur, de parte etiam probari necesse est. Unde excellens Oratio semper cùm potest Controversiam à personis & temporibus avocat.

CAPUT VII.

De partibus Rhetoricæ.

Eloquentiæ partes sunt quinque.

Inventio, quæ est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quæ quæstionem probabilem reddant.

Dispositio est rerum inventarum in ordinem distributio.

Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inventionem accommodatio.

Memoria est firma animi, rerum ac verborum adinventorum perceptio. Pro-

Pronuntiatio est, ex rerum ac verborum dignitate, corporis & vocis moderatio.

Judicium non est sexta pars, sed tribus primis est permixum: quia non invenit, qui non judicat. &c.

Sunt ergo quinque Orationis opera.

Invenire, Disponere, Eloqui, Memoriâ complecti, & Pronuntiare.

CAPUT VIII.

Quibus rebus Eloquentia comparetur.

Quatuor rebus. Naturâ, id est donis à natura tributis. Arte, id est præceptis. Exercitatione. Imitatione.

Natura præstat Animi celeres motus, ad inveniendum, exornandum, & memoriæ mandandum aptos.

Natura præsta ex parte corporis,

Latera firma, canoram vocem, solutam lingvam, oris & totius corporis conformationem. Quæ naturæ dona arte perfici ac limari possunt. Unde si quis his donis non sit ita instructus; tamen dicendi studium non spernat: cùm in re præstantissima, etiam mediocritas honori sit.

CAPUT IX.

De Arte.

Unde orta sit Ars & quid efficiat?

Ars orta est ex animadversione naturæ, id est eloquentiæ naturalis. Quare non eloquentia ex arte, sed ex eloquentia ars orta est.

Ars sola non efficit eloquentem: quia cùm omnes artem habere possint, omnes possent esse eloquentes, quod non ita est.

Ars ergo perficit, quæ sunt à natura, dum Monet, quò omnia sint referenda, quæ ad finem faciunt. Indicat an recta sint quæ habentur à Natura, Studio, Exercitatione. Efficit ne fortuitò dicamus, & ut semper parati simus.

Est itaq; ars certior dux, quàm natura.

CAPUT X.

De Exercitatione.

Exercitationis effectus.

Perficit, & conservat, quæ ars expolit in natura.

Utilitas Exercitationis.

Sine ea nihil est egregium, nihil perfectum, sinè qua nemo eloquentiam assequetur.

Exercitationis Ratio sive modus.

1. Sumatur causa tractanda similis earum, quæ ad oratorem deferuntur.
2. Non dicatur extemplò, quia perversè dicendo, discitur perversè dicere.
3. Sumatur igitur spatium ad cogitandum, ut accuratius dicatur.
4. Sed præstat scribere, cùm stylus sit optimus dicendi effector.

Est autem Exercitatio triplex.

Alia Orationis. Alia Actionis. Et alia Memoriæ.

CA-

CAPUT XI.

De Imitatione.

Imitationis utilitas.

Quia sine ea nemo satis proficere potest.

Imitationis ratio sive modus.

Proponatur aliquis summus in arte imitandus, quem tota mente tueamur. Quae sunt in eo summa, diligenter prosequamur. Qvi hanc similitudinem assequi volunt, crebrò de magnis rebus scribant & dicant.

Imitatio est duplex.

Altera orationis, de qua dictum est. Altera actionis, qua omnis deformitas in agendo removetur.

CAPUT XII.

De Inventione.

Oratoris munera sunt duo.

Primum. Invenire ea, quae valeant ad fidem faciendam: quae speciatim fit in proposito.

Alterum, Movere amplificando, quod fit in causis.

Motûs autem quatuor sunt species.

Molestia, de malo praesenti. *Metus*, de malo imminenti. *Voluptas*, de bono praesenti. *Cupiditas*, de bono venturo.

Est itaq; Molestia opinio recens praesentis mali, *Voluptas*, opinio recens praesentis boni. *Metus* opinio impendentis mali. *Cupiditas* opinio venturi boni.

Opinio autem est imbecillima assensio.

CAPUT XIII.

Quid Inventio, Argumentum, & Argumentatio?

Inventio est excogitatio argumenti.

Argumentum est probabile inventum ad faciendam fidem.

Fides est firma opinio quæ argumentatione gignitur.

Argumentatio est argumenti explicatio, quæ apud Oratores est fusior, quàm apud Dialecticos.

Argumenta sumuntur ex locis.

Locus est argumenti sedes: seu nota, quâ indicatur, quid in rebus pervestigare debeamus.

CAPUT XIV.

Quotduplicia sunt Argumenta?

Argumenta alia sunt in eo ipso, de quo agitur: & ideo insita dicuntur: ut si probes eloquentiam esse expetendam, qvia est ars bene dicendi.

Extrinsecùs assumuntur, quæ remota vocantur: ut si idem probes, quia Aristoteles id dixit.

CAPUT XV.

De numero locorum.

Loci intrinseci sunt sedecim.

A definitione. Partium enumeratione. Notatione. Conjugatis. Genere, & Forma, Similitudine, & Dissimilitudine. A Contrariis, Repugnan-

gnantibus, Caufis, & Effectis: A Comparatione Majorum, Minorum, Parium.

Loci extrinseci sunt sex.

Præjudicia, Fama, Tormenta, Tabulæ, Jusjurandum, Testes.

CAPUT XVI.

De definitione.

Quid sit definitio?

Est oratio, quæ id quod definitur explicat quid sit; ùt ista oratio: doctrina bene dicendi; quæ explicat, quid sit Rhetorica?

Definitio quomodo fiat?

1. Invenitur aliquid commune rei quæ definienda est & aliis rebus: ut *doctrina* vel *ars* in definitione Rhetoricæ.
2. Invenitur aliquid, quo id quod definitur ab aliis differt: ut est *bene dicere* in allata definitione.
3. Latiùs definit Orator quàm Dialecticus: & verbis non solùm propriis, sed etiam translatis.

Est autem definitio Oratori necessaria: quia sæpè explicanda est res, de qua quæritur.

Argumentum à Definitione hoc modo ducitur,

Si vis probare jus civile esse utile: ipsum definias hoc modo:

Jus civile est cognitio æquitatis: At cognitio æquitatis esse utilis; igitur & jus civile.

CAPUT XVII.

De partium distributione.

Par-

Partium distributio est, cùm aliquod genus, sive totum in suas partes distribuitur: ut virtus, sive honestum in quatuor partes, id est in Justitiam, prudentiam, fortitudinem, & temperantiam.

In argumento à partium distributione sumendæ sunt omnes partes ita, ut nulla relinquatur.

Ut si velles probare calliditatem non esse virtutem: diceres calliditas non est Justitia, nec prudentia, nec fortitudo, nec temperantia, igitur nec virtus.

CAPUT XVIII.

De notatione.

Notatio seu etymologia verborum originem inquirit. Eâ sæpè Oratores & *Poëtæ* utuntur hoc modo. Consul est, qui consulit Patriæ: non igitur Piso Consul, qui eam evertit.

CAPUT XIX.

De Conjugatis.

Conjugata dicuntur, quæ sunt ex verbis generis ejusdem: ut sunt quæ orta ab uno variè commutantur: ut sapiens; sapienter, sapientia.

Argumentum ducitur hoc modo: Cùm esset causa consularis & Senatoria; opus erat auxilio Consulis & Senatûs. Item pietas laudanda, igitur & qui piè agit.

CAPUT XX.

De Genere & Forma.

Genus quid sit? Est quod sui similes commu-

nione quadam, specie autem differentes duas aut plures continet partes.

Partes, quas genus amplectitur, formæ dicuntur: ut virtus est genus, partes sunt prudentia, &c. unde *Forma* est pars generi subjecta.

A genere sic sumitur argumentum: Virtutis laus in actione consistit.

A forma: Quod Justitia est, utiq; virtus est?

CAPUT XXI.

De Similitudine & Dissimilitudine.

Similitudo est, quæ traducit ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. Ab ea sumitur argumentum hoc modo: ùt morbo affecti, cibi svavitatem non sentiunt; ita avari gustum laudis non habent.

Ex dissimilitudine, seu differentia, hoc modo: si barbarorum est in diem vivere, nostra consilia perennitatem spectare debent.

CAPUT XXII.

De Contrariis.

Contrariorum quatuor sunt genera.

Adversa, quæ inter se maximè distant: ut V.g. Bellum, Pax, Virtus, Vitium. *Argumentum*: Bellum est perniciosum, igitur pax expetenda. Virtus sequenda, igitur vitium fugiendum.

Privantia sunt habitus & ejus privatio: ut V. g. Vita & mors, Lux & Tenebræ. *Argumentum*: Non sunt ultores mortis, qui vitam non restituunt si posśint.

Quæ

Quæ inter se conferuntur, seu Relata: V. g. Datum, Acceptum; Dux, Miles. *Argumentum*: Si in accepto est laus, erit etiam in dato. Si discere est honestum, ergo & docere.

Negantia, quorum unum negat alterum: ut V. g. Hoc est, Hoc non est. *Argumentum*: Est probus, quare non est improbus.

CAPUT XXIII.

De adjunctis.

Adjuncta sunt ea, quæ cum re sunt conjuncta: ut V. g. Tempus, Locus, Apparatus, Colloquia, Rubor, Pallor, &c.

Latissimè patent, quæ sumuntur ab *Animo*, ut V. g. Virtus, Vitia. *Corpore*, ut Puchritudo, Deformitas, &c.

Argumentum, Vesperi visus est cum gladio stipatus, &c. ergo occidit. Est incredibili virtute, constantiâ, & gravitate præditus, igitur fœdera non rupit.

CAPUT XXIV.

De Antecedentibus & Consequentibus.

Antecedentia sunt ea, quæ sic antecedunt consequentia, ut cum ipsis necessariò cohæreant; in quo ab adjunctis distingvuntur.

Argumentum, ortus est Sol, igitur dies est.

Consequentia sunt, quæ rem necessariò consequuntur: ut dies est, igitur ortus est Sol: Luculentam accepisse plagam declarat cicatrix.

CA-

CAPUT XXV.

De Repugnantibus.

Repugnantia neq; certa lege, neq; numero inter se dissident: qua ratione à contrariis & dissimilibus discernuntur: ut amare, nocere & lædere; repugnant.

Argumentum. Amat illum, igitur non insectatur conviciis, non lædit.

CAPUT XXVI.

De Causis.

Causa est, quæ suâ vi efficit id, cujus est causa: ut ignis, ardoris: cruditas, morbi.

Causa est quadruplex.

Finalis, cujus gratiâ fit aliquid: ut hominis beata vita. *Argumentum.* Homo est factus ad contemplandum, ergo non ad pastum.

Efficiens, à qua aliquid est: Sol diem efficit. *Argumentum*, Senectus caret poculis, quare & temulentiâ.

Forma est ratio rei, & nota, per quam res est id, quod est, & ab aliis distingvitur. *Argument:* Animus hominis est immortalis, igitur ad æternitatem beatæ vitæ aspiret.

Materia est, ex qva & in qva res sunt: ut V. g. statuæ æs. *Argumentum.* Corpus est mortale, ergo ab eo animus est sevocandus.

CAPUT XXVII.

De Effectis.

Ef-

Effecta sunt ea, quæ orta sunt de causis: ut dies a Sole. Sunt numero totidem, quot causarum genera, cùm quævis causa suum habet effectum. Cognoscuntur per suas causas: quoniam quælibet causa suum ostendit effectum: ut bellum est effectus pacis, quæ est finis belli: dies, Solis: homo, corporis & animi.

Argumentum sumitur hoc modo: Virtus parit laudem, ergo sequenda, voluptas infamiam gignit, igitur fugienda.

CAPUT XXVIII.

De Comparatione.

Hic locus tractatur tripliciter.

A Comparatione Majorum: Si non convenit majus, neq; minus conveniet: Ut clari cives Saturnini, & aliorum sangvine non se contaminârunt, imò honestârunt, igitur nec is, qui Catilinam, qui fuit civium interfector, occiderit.

A Comparatione Minorum: Si quod minus videtur convenire, conveniet etiam id, quod majus: ut, surgunt de nocte latrones, ut homines jugulent: ut te ipsum serves, non expergisceris!

A Comparatione Parium: Qui locus nec elationem, nec submissionem habet: ut, non, licuit Mamertinis fœderatis imperare navim, ergo nec Tauromitanis fœderatis imperare licebit.

CAPUT XXIX.

De Argumentis remotis.

Argumenta Remota, sive assumpta, dicuntur sine arte, non quòd sine arte tractentur, sed quòd

ea non parit oratoris ars. Quæ Cicero nomine testimonii complectitur: sed Quinct: divisi in Præjudicia, Testes, &c. Quæ. ut ex se arte carent, ita eloquentiæ viribus sæpè allevanda & refellenda sunt.

Olim oratores cùm causas in judiciis agebant, quæ ad hoc genus rerum pertinebant, meditata habebant: nunc judiciis ad Jurisconsultos translatis cognoscenda sunt, oratorum scripta intelligenda.

CAPUT XXX.

De præjudiciis & testibus.

Præjudiciorum vis omnis tribus generibus continetur.

Rebus: quæ aliquando ex paribus causis sunt judicatæ, quæ exempla rectiùs dicuntur.

Judiciis: ad ipsam causam pertinentibus; unde etiam nomen ductum est: ut v. g. in Miloniana.

Aut cùm de eadem causa est pronuntiatum.

Testibus: Olim Oratores multa pro testibus, & contra testes dicebant: ut patet in Oratione pro Flacco. Nunc judiciorum mutata ratio facit, ut ne is labor sit necessarius.

CAPUT XXXI.

De usu & utilitate locorum.

Qui vult in dicendo excellere, habeat locos paratos & expeditos.

Ubi res ad dicendum proponitur, inspiciendi sunt diligēter omnes loci, ūde argumēta sumūtur.

Quæ ei facile occurret, qui locos cogitatione sepserit, & studium ac diligentiam adhibuerit.

CAPUT XXXII.

Qui modus in argumentis adhibendus.

Hâc argumentorum copiâ non est imprudenter utendum, & non solùm invenienda, sed etiam judicanda sunt.

Siquidem non semper, nec in omnibus caussis ex iisdem, argumentorum momenta sunt.

Unde levia, aliena, & inutilia resecanda sunt: habeatur igitur cum judicio delectus.

Et quia iidem loci valent ad faciendam fidem & motum, & non facilè, qui ad movendum affectus conferunt, cognoscuntur, de affectibus movendis dicendum est.

CAPUT XXXIII.

De Affectibus.

Maxima vis existit Oratoris in hominum mentibus permovendis, quod amplificatione fit.

Amplificatio est gravior quædam affirmatio, quæ motu animorum, conciliet in dicendo fidē.

Quæ verborum & rerum genere fit: de verbis dicetur, cùm de elocutione agetur.

Rerum amplificatio sumitur ex locis, qui valēt ad fidem faciendam: à definitionibus conglobatis, à consequentium frequentatione &c.

De locis unde sumuntur amplificationes à CAP: XXXIX. ad XL.

Amplificationes sumuntur.

A definitionibus conglobatis, cùm aliquid variis modis definitur: ut historia est testis temporū,

iũ, lux veritatis, vita memoriæ, & magiſtra vitæ.

A conſequentium frequentatione, cùm plura conſequentia conglobantur.

A contrariarum rerum conflictione: ut, inertes homines fortiſſimis inſidiari, ſtultiſſimos prudentiſſimis, ebrios ſobriis, dormientes vigilantib9.

A diſſimilium & inter ſe pugnantium rerum conflictione: ut in 2. Phil: O tecta ipſa miſera, &c.

Eundem læderes, & laudares, & virum optimum, & hominem improbum eſſe diceres.

A cauſis cōglobatis, & his, qvæ sũt orta de cauſis, cùm multæ cauſæ, & multa effecta cōglobātur.

A ſimilitudine, & exemplo, cùm multa ſimilia frequentantur, & exempla conglobantur.

Quæ ſint ad amplificandum adhibenda.

Si cauſa patitur, adhibenda magna, quorum alia ſunt magna.

Naturâ: ut v.g. Divina, Cæleſtia: quæ habent cauſas occultas; quæ sũt admirabilia in terris.

Uſu hominum: ut ſunt ea, quæ vel multum *Proſunt hominibus*; vel multum *Obſunt*.

Horum tria ſunt genera; nam homines moventur, aut *Charitate erga* DEUM, Parentes, Patriã. Aut *Amore erga* Fratres, Conjuges, Liberos. Dicitur pro his Retinendis, Amiſſis, Periculo amittendi. Aut *Honeſtate virtutis*, & maximè Juſtitiæ, Liberalitatis.

CAPUT XLI.

Quid in amplificatione ſervandum?

In amplificatione nihil nimis enucleandum eſt;

minuta eſt enim omnis diligentia: hic autem locus grandia requirit.

Unde judicio eſt opus, ut videamus quo genere quaque in cauſa utamur agendi.

In exornatione tractantur loci, qui admirationem, expectationem, & voluptatem moveant, *Unde.* In deliberatione bonorum & malorum enumerationes, ubi exempla plurimùm valent.

In Judiciis ab Accuſatore, quæ ad iracundiã, à Reo, quæ ad miſerationem pertinent. Sed interdum ille ad miſericordiam, hic ad iracundiam movet.

CAPUT XLII.

Cur quædam inventionis præcepta ad cauſarum genera dentur accommodata? & de dignitate exornationis.

Genus exornationis. Etſi ex ſupradictis locis omnis ad omnem orationem manat Inventio,

Tamen facilitatis cauſa ſeorſim præcepta de ſingulis generibus dantur.

Eſt latum & ſpacioſum, quod non ſolùm ad homines laudandos, ſed etiam animalia, & animâ carentia adhibeatur.

Nullum eſt genus hoc uberius ad dicendum, aut quod utilius civitatibus eſſe poſſit.

Conficitur hoc genus magis ad motus animi leviter tractandos, quàm ad fidem faciendam. Proprium enim laudis eſt res amplificare, & ornare.

Laudatonis locus.

Ante vitam: à Patria, Parentibus, Majoribus. Reſpondit eorum virtuti; Nobilitavit genus ſuis fa-

factis. *Cap*: 43. Huc pertinent oracula, responsa, & signa, quæ futuram claritatem indicârunt.

In vita à bonis externis, ut sunt v. g. Educatio, Opes, Divitiæ. Habuit bene; usus est non superbè Potentiâ; Si propinqui gratiâ &c. Non habuit, patienter tulit, vel amisit.

A bonis corporis, ut v. g. *Forma*, quæ præcipuè laudatur, cùm sit virtutis signum. *Viribus*, *Valetudine*, *&c.* Sed horum levior est laus; quâm quæ à virtute proficiscitur. *Cap*: 44.

A bonis animi, *seu à virtute*, *quæ vel est Virtus cognitionis*. ut v. g. *Prudentia*, quæ est rerum expetendarum, & fugiendarum scientia.

Sapientia, quæ est rerum Divinarum humanarumq; scientia, cujus comites sunt, Dialectica, Eloquentia. *Cap*: 45 Huc pertinent studia omnium bonarum artium. *Vel est Virtus actionis*, cujus partes sunt: *Fortitudo*, quæ labores, & pericula cum ratione suscipit. *Temperantia*, quæ libidines frenat. *Verecundia*, quæ est virtutum custos. *Religio* in DEUM. *Pietas* in parentes, *Fides* in rebꝰ creditis. Lenitas, Amicitia. *Cap*: 46.

Sumitur laus à loco virtutis.

Si cuiq; virtuti propria laus à proprio officio & munere sumpta, tribuatur.

Si res gestæ laboriosæ, cum periculo, sinè spe præmii, & aliorum causâ sumptæ laudentur.

Si adversi casus patienter & sapienter tolerati.

Si sumantur laudanda, quæ sint, Novitate magna, magnitudine præstantia, genere ipso singularia: si cum aliis præstantibus viris fiat comparatio *Cap*: 47.

A tempore post vitam considerantur: Genus ipsum mortis, & quæ mortem consecuta sunt: ut, Habiti honores; decreta Virtuti præmia; res gestæ hominum judicio comprobatæ; filiorū institutio, artium inventio, & instituta.

CAPUT XLIX.

De laude urbium.

Laudantur urbes, *à Conditoribus, Vetustate, Viris illustribus, & eorum gestis. A situ & munitione.*

CAPUT L.

De Deliberatione.

Præcepta de exornatione tradita, conferunt etiam ad sententiam dicendam: quia quæ laudantur, svaderi solent.

In deliberando finis est dignitas, ad quē omnia referuntur in consilio dando.

In svadendo & dissvadendo tria spectanda sunt: Quid sit, de quo deliberetur? Qui sint, qui deliberent? Quis sit, qui svadeat?

CAPUT LI.

De re, de qua deliberatur.

De re, Aut certum est posse fieri: & tunc potest esse dubium de Tempore & modo. Aut incertum. & tunc solemus priùs ostendere; Etiamsi fieri possit, non debere. Deinde, non posse fieri.

In svadendo tres sunt partes.

1. Fieri posse, & facilè: quia difficilia sunt perinde, acsi fieri non possent.
2. Esse honestum.

3. Esse utile, ubi etiam magnitudo demonstratur, in qua etiam necessitas apparet.

CAPUT LII.

De his, qui deliberant.

Diversi sunt deliberantium animi, sive plures, sive singuli deliberent; quia pluribus multum interest, an Senatus, Populus, Romani, an Galli deliberent. *In singulis*, an Cato, Cicero, Cæsar, *ideo intuenda sunt*: Sexus, Dignitas, Ætas, & maximè mores.

Duo enim sunt hominum genera.

Alterum agreste, quod antefert utilitatem honestati: Alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponit.

CAPUT LIII.

De prima parte svadendi.

Honestas. Mirabiles sui amores excitaret, si oculis cerneretur, sed ob vitiatam naturam cohortatione est opus.

Honestatem apud homines honestos facilè est persvadere; at apud turpes non ita: unde non sunt apertè objurgandi, sed moveri possunt: A laude, & utilitate futura: vulgi opinione, objiciendo metũ, quo homines levissimi facilè terrẽtur.

Interdum quæritur quid sit honestius: sed Officium, quod scientiâ & cognitione continetur, postponitur *Officio*, quo hominum societas & conjunctio conservantur: cujus partes sunt, officium erga DEUM, Patriam, Parentes, & sic deinceps.

CAPUT LIV.

De utilitate.

Vtilitatis partes pro eo qvi ſvadet, ſunt *Facile*, *Magnum*, *Jucundum*, *ſine periculo*. Pro eo qvi diſſvadet: ſunt *Difficile*, *Parvum*, *Injucundum*, *Periculoſum*. Solet etiam qværi, utrùm utilius-

Cùm utilitatis Species cum honeſtate certat: Qvi utilitatem defendit, enumerabit Commoda pacis, opum, potentiæ, & res qvarum fructum metimur. Item qvæ incommoda contrariorum.

Qvi honeſtatem tuetur, numerabit: Majorum exempla: cum periculo glorioſa. Poſteritatis memoriam augebit. Utilitatem ex laude naſci oſtēdet & cum dignitate eſſe conjunctam.

Exercitatio defendendi utilitatem contra honeſtatem eſt utilis in ſcholis: qvia iniqvorum ratio cognoſcenda eſt, ut melius æqva tueamur.

CAPUT LV.

De eo, qvi ſvadet.

Svadere & diſſvadere eſt viri Sapientis, Honeſti, & Diſerti, qvi poſſit Mente providere; Auctoritate probare; Oratione perſvadere. *Cujus viri* Vita Illuſtris, Clarum genus, Ætas, & Dignitas Expectationem afferunt: ſed videndum eſt, ne qvæ dicuntur, ab eo qvi dicit, diſſentiant.

At his contraria Submiſſiorem qvendam modū poſtulant. Nam, qvæ in aliis libertas eſt; in aliis licentia vocatur. Et qvibuſdam ſufficit auctoritas: quoſdam ratio ipſa ægrè tuetur.

CA-

CAPUT LVI.

Qvædam in deliberatione servanda.

Ad consilium dandum, caput est, nôsse Remp: Ad dicendum probabiliter oportet noscere mores civitatis. Qvi, qvia mutantur, etiam orationis genus mutandum erit.

In Senatu. Sine Majori apparatu dicendum. Sapiens est enim consilium: & aliis dicendi dandus est locus. Vitanda est ingenii ostentationis suspicio. *Concio* omnem orationis vim, gravitatē, varietatemq; desiderat.

Et ejus maxima pars ad animorum motus admovenda est.

Ad persvadendum, vim maximam habent exēpla. Aut recentium, quòd notiora sint: Aut veterum, quòd plùs auctoritatis habent.

De his, qvæ judiciis accommodata sunt, nihil est dicendum, qvia eorum mutata est ratio, & ita minùs sunt necessaria, & ex supradictis locis intelligi possunt, & ex iis, qvæ de partibus orationis dicentur.

FINIS TABULARUM LIBRI PRIMI.

TABULÆ LIBRI SECUNDI.

CAPUT PRIMUM.

De dispositione.

Qvid sit Dispositio? Est

EST Oratori maximè necessaria, non secùs ac Duci exercitûs instructio; ne confusè, & perturbatè dicat Est autem dispositio, rerum inventarum distributio. Cujus in infinita qvæstione ordo est ferè idem, qvi expositus est locorum.

In definita adhibenda sunt etiam, qvæ ad motum animorum, pertinent; qvo fit ut utamur Exordio, in qvo fit motus. Narratione, & Confirmatione, qvæ docent. Peroratione, qvâ fit motus.

CAPUT II.

De Exordio.

Exordium. Est oratio animum auditoris idoneè comparans ad reliqvam dictionem:

Qvod tribus maximè rebus fiet, scilicet, si auditorem Benevolum, Attentum, Docilemq; fecerimus.

Auditor Benevolè audiet, si captabitur benevolentiâ, à persona Nostra, Auditorum, adversariorum Qvod fiet narrando Merita, Officia, Virtutes, & contraria in adversario, conferendo. Attentè, si de Magnis Necessariis, Utilibus rebus, etiam ipsis auditoribus, nos esse dicturos promittamus, De qva re simus dicturi ostendamus, Proposuerimus, & breviter distribuerimus, Definiverimus.

CAPUT III.

De generibus causarum.

Causarum genera pro qvorum ratione variè exordiendum est, sunt qvinq;.

Honestum, qvod per se conciliat animum audito-

to-

toris. Dubium vel anceps, in qvo opus est benevolentiâ. Obscurum, qvod docilitatem reqvirit.

Admirabile, qvod est præter hominum opinionem, sub qvo etiam turpe cotinetur, qvod insinuationem postulat,

Qvæ latenter animum auditoris occupat:

Qvâ utimur; si causa vel persona sit turpis qvorum alterum juvabit, si animi auditorum adversariorum oratione sint occupati, vel fatigati.

Si sint defessi, qvos recreabimus spe brevitatis. Si promittamus adversariorū argumēta confutāda: Si urbanitatē opportunam adhibebimus.

CAPUT IV.

Cujusmodi Exordia debent esse?

Bona erunt Exordia, si Accurata & acuta, Instructa sententiis, & apta verbis, sint causarum propria.

Sumantur ex iis causæ locis, qvi veleant ad leniter alliciendum & incitandum auditorem, qvo maximè exordia spectant.

CAPUT V.

De vitiis Exordii.

Exordiorum sunt vitia septem.

Vulgare, qvod in plures causas potest accomōdari.

Commune qvod etiam in contrariam partem causæ potest convenire.

Commutabile, qvod potest ab adversario leviter mutatum, ex contraria parte dici.

Longum, qvod pluribus verbis, ultrà qvàm satis est producitur.

Separatum, qvod non ex ipſa cauſa ductum eſt, nec tanqvam membrum eſt ei annexum.

Tranſlatum, qvod aliud conficit, qvàm cauſæ genus poſtulat.

Contra præcepta, qvod nihil eorum efficit, qvorum cauſa de exordiis præcepta traduntur.

CAPUT VI.

De exordio in genere Judiciali.

In hoc genere curandum eſt, ut exordia ex viſceribus cauſæ ſumantur.

Laudatio, & conciliatio Judicis ad utilitatē cauſæ conjunguntur.

Allegatur pro honeſtis, dignitas: pro humilib9, juſtitia. pro læſis, ſeveritas: pro infelicibus, miſericordia:&c. Interdū removetur metus, interdū verò adhibetur.

Non eſt oſtentanda cura in principio.

In honeſtis & parvis, atq; freqventibus cauſis non adhibetur exordium.

CAPUT VII.

De exordio in exornatione, & deliberatione.

In hoc genere, exordia ſunt maximè libera; & ex re vicina, & longè remota duci poſſunt.

Sæpè nulla, aut brevia eſſe debènt, cùm non ſupplex, ſed hortator veniat orator.

Cùm principio utetur, proponat. Qvâ mente ſit dicturus, Qvibus de rebus, Qvid velit? Hortetur ad ſe breviter dicentem audiendum.

CA-

CAPUT VIII.

De Narratione.

Narratio eſt rerum explicatio, & qvædam qvaſi ſedes ac fundamentum conſtituendæ fidei.

Qvæ tribus rebus conſtat.

Brevitate: erit brevis, ſi Conſtet ſimplicibus verbis: ſi ſemel unaqvæq; res dicatur: ſi reſecentur, qvæ nec cognitioni, nec utilitati deferunt. Brevitas tamen non ſit inornata, & indocta.

Perſpicuitate: erit perſpicua, ſi Verbis uſitatis utamur: ſi ordo temporum ſervetur: ſi non interruptê narrabitur.

Probabilitate: erit probabilis, ſi qvæ narrantur, perſonis,locis, & rebus convenient: ſi cujocunq; facti & eventûs cauſa ponetur, & teſtata dici videbuntur: ſi cũ opinione, lege, religione erit conjuncta: ſi probitas narrantis, antiqvitas, orationis veritas, & vitæ fides ſignificabitur.

Per hæc efficietur, ut auditor intelligat, meminerit, credat. Sit etiam jucunda & ſvavis: talis erit, ſi continebit admirationes, expectationes, motus animorum, colloqvia perſonarum, Dolores, lætitias &c.

CAPUT IX.

Qvando Narratione utendum ſit?

In judiciis non eſt opus narratione, ſi res ſit nota, vel adverſarius narravit.

In exornatione, nulla narratio neceſſariò ſeqvitur exordium: ſed aliqva in recenſendis factis poteſt incidere.

In deliberatione, nulla est narratio, cùm narratio sit præteritorum: extrinsecus tamen in deliberatione multa narrari possunt.

Privata deliberatio certè nunqvam narrationem exigit. In concionibus sæpè illa, qvæ ordinem rei docet, est necessaria.

CAPUT X.

De Confirmatione.

Quid sit Confirmatio?

Est in qvâ firmamenta causæ afferuntur; dū, qvæ contra nos sunt, refellimus, & nostra confirmamus.

Confirmatio & confutatio, naturâ, tractione, & utilitate sunt conjuncta.

Tota spes vincendi, & ratio persvadendi in hac parte est sita, cùm in ea nostra confirmemus, & contraria solvamus.

Utrumqve commodè fieri potest, cùm causæ constitutio, sive status cognoscitur.

CAPUT XI.

Qvid sit status?

Status est qvæstio, qvæ ex prima causarum conflictione nascitur. Ut si intentio accusatoris sit: Cōjurâsti cū Catilina: depulsio defensoris, nō conjuravi: oritur qvæstio, an conjuraverit?

Qvæ qvæstio vocatur constitutio, & status.

Dicitur status, qvòd ibi sit primus causæ congressus, vel qvod in eo causa sistat.

CAPUT XII.

Qvot sint Status?

Cùm

Cùm tria sint, qvæ in omni disputatione qværuntur; sit, nec ne? qvid sit? qvale sit?

Tres etiam sunt Status.

An sit? an Clodius insidiatus sit Miloni? ubi opus est conjecturâ; & ideo conjecturalis dicitur.

Qvid sit aliqvid? & qvo nomine afficiendū? ut an fuerit Cæsar? tyrannus, vel Rex: qvi dicitur status definitionis.

Qvale sit? & dicitur qvalitatis: ubi qværitur de Utilitate, Honestate, Æqvitate, & de contrariis.

Qvalitatis partes sunt duæ.

Absoluta. cum id, qvod factum est, nulla ratione extrinsecùs petita, recte factum esse demonstratur.

Assumptiva, cùm aliqvid necessariò foris assumitur, ut probetur rectè factum.

CAPUT XIII.

De ratione, firmamento, & judicatione.

In stabilibus Ratio dicitur ea, qvæ affertur à reo depellendi criminis causâ, sine qva non haberet qvid defenderet.

Firmamentum, qvod affertur contrà ad labefactandam rationem: sine qvo accusatio stare non potest.

Ex utriusq; conflictione & concursu oritur qvæstio qvædam.

Judicatio est qvæstio illa, qvæ oritur ex ista conflictione: sic dicta, qvòd in judicium veniat.

Ad judicationem omnis ratio totius orationis

con-

conferenda eſt: ac propterea reperienda eſt.

In conjectura nulla eſt diſceptatio: qvia cùm negatur factum, non redditur ratio.

Unde in cauſis conjecturalibus eadem eſt prima qvæſtio, & diſceptatio extrema.

CAPUT XIV.

Qvæ, & qvot qvæſtiones oriantur ex ſcripto, & qvo ſtatu contineantur.

Ex ſcripti interpretatione, qvatuor modis oritur contentio: ſcilicet

Cùm defenditur non dicere, qvod adverſarius vult: dicitur, ambiguum.

Cùm ſcripto opponitur voluntas ſcriptoris: diſcrepantia ſcripti & voluntatis.

Cùm ſcripto, contrarium ſcriptum affertur: ſcriptura contraria.

Cùm ex eo, qvod eſt ſcriptum, aliud non ſcriptum deducitur, qvod ratiocinatione fit: dicitur ratiocinatio. Hæc qvatuor controverſiarum genera ſemper in qvalitatis ſtatum cadunt.

CAPUT XV.

Qvomodo ſtatus tractentur?

Judicatione conſtituta, eam ſibi ob oculos proponat orator.

Qvo omnes argumentationes ex locis repertæ conjiciantur.

Qvos locos, qvi habebit in mente defixos, omnia videbit, qvæ in re propoſita dici poſſunt.

Argumenta ita collocabit, ut firmiſſima in prin-

principio; qvæ excellunt, in extremo loco; mediocria in medio ponantur: vitiosa nullibi.

CAPUT XVI.
De Argumentatione.

Argumentatio est argumenti explicatio, vel artificiosa expolitio: cujus partes sunt: Ratiocinatio, Inductio, Enthymema, Exemplum.

Qvæ conficitur ex locis: si certa aut probabilia sumpseris, qvibus efficias, ut qvod dubium, aut minùs probabile est, probabile videatur.

Pro certis hæc habemus. Primùm, qvæ sensibus percipiuntur: ut, qvæ videmus, audimus: Deinde qvæ communi opinione, & sententiâ sua comprobata. Præterea, qvæ legibus cauta sunt: qvæ in mores recepta. Et deniq; id qvod est probatum, cui adversarius non contradicit.

Probabilium genera sunt tria.

Unum firmissimum, qvod ferè semper accidit: ut liberos à parentibus amari.

Alterum velut propensiùs; eum, qvi rectè valet, in crastinum perventurum.

Tertium, tantùm non repugnans, ut in domo furtum factum ab eo, qvi domi fuit.

CAPUT XVII.
De Ratiocinatione.

Ratiocinatio, qvam Græci Syllogismum, & Enthymema vocant, constat *Propositione*, per qvā locus ponitur, ex qvo tota vis ratiocinationis emanat. *Propositionis confirmatione. Assumptione*, qvæ, qvod ex propositione ad ostendendum perti-

 net,

net, assumitur. Assumptionis *approbatione*. *Complexione*, qva, qvod conficitur ex omni argumentatione, breviter exponitur.

CAPUT XVIII.

Qvot sunt partes Ratiocinationis?

Parùm refert, sive tripartitam, sive qvinqvepartitam dicas. Commodior tamen est illa partitio, qvæ in tres partes distributa est: ita propositio, & assumptio cū suis probationibus duas faciunt partes. Si probationes seorsim sumātur, erit qvinqvepartita. Cùm propositio, & assumptio sunt notæ, cōficitur ratiocinatio omissis cōfirmationibus.

Non semper incipiendum est à propositione, sed etiam à complexione, & assumptione, ut vitetur similitudo satietatis mater.

CAPUT XIX.

De Enthymemate.

Enthymema. Est imperfectus Syllogismus: vel Syllogismi pars. *Unde*, si una ratiocinationis pars auferatur, fiet Enthymema: ut, eloqvētia est ars, igitur expetenda.

Optimum Enthymema illud est, qvod fit ex pugnantibus; & qvod, etiam solum, enthymema qvidam per excellentiam vocant.

Ut: qvem alienum fidum invenies, si tuis hostis fueris?

Enthymema latinè commentum, & commentatio: sic dicta, qvòd in animo maneat illa pars præterita.

CAPUT XX.

De Inductione.

Inductio Est oratio, qvæ ex rebus non dubiis captat assensionem auditorum: qva assensione facit, ut dubia propter similitudinem rerum qvibus assenserit, probentur. *vel.* Est argumentatio, qvæ ex pluribus collationibus pervenit, qvò vult.

Inductio fit interrogatione & responsione oratoris, hoc modo:

Qvod pomum generosissimum? puto qvod optimum: Et eqvus? qvi velocissimus.

Hic modus argumentandi est Pòëtis freqvens, qvo Socrates plurimũ usus est: Et plura in eundẽ modum: deinde id, cujus gratiâ illa posita sint. Ita hominum, non qvi claritate nascendi, sed qvi virtute maximè excellit, erit generosissimus.

Sed sunt duo diligenter cavenda.

Primum, ut qvæ sumuntur ejusmodi sint, ut ea sit necesse concedi.

Deinde, id cujus confirmandi causâ fit inductio, sit iis, qvæ sumuntur, simile.

CAPUT XXI.

De Exemplo.

Exemplum. Est inductio imperfecta: vel inductio Rhetorica, in qva, ab uno simili argumentamur ad aliud. Ut v.g. Milo non est condemnãdus qvòd hominem necaverit, cùm nec etiam Horatius condemnatus fuerit.

Exemplum differt ab Enthymemate & ratioci-

natione, qvia in his ſemper aliqvid univerſale ſumitur aut concluditur: ab Inductione, qvia ab una tantùm re ſimili procedit. Unde fit, ut ſit qvartum argumentationis genus.

CAPUT XXII.

De Epicheremate.

Græci interdum argumentationem vocant Epicherema, & nonnunqvam eam, qvam Cicero ratiocinationem appellat.

Aliqvando verò Epicherema vocatur brevis ratiocinatio, cujus omnes partes in unam conferuntur: ut ſi dicas; Sinè cauſa ſervus Dominum accuſet? Qvæ argumentatio addendo alias partes, ad ratiocinationem reducitur.

CAPUT XXIII.

De Sorite.

Sorites. Multas argumentationes acervatim convolvit, & amplectitur; unde nomen accepit: latinè acervalis.

Ut: Qvod eſt bonum, eſt expetendum: qvod expetendum, approbandum: qvod approbandũ; laudabile: ergo qvod bonum, erit laudabile.

In hoc argumento, qvod Dialectici à primo ad ultimum vocant, qvaſi per qvoſdam gradus, & varias ratiocinationes ad complexionẽ venitur.

CAPUT XXIV.

De Dilemmate.

Dilemma. Eſt, in qvo utrum conceſſeris, reprehenditur: ut, ſi implacabiles ſunt iracundiæ, ſum-

ſumma eſt acerbitas: ſi autem exorabiles, ſumma levitas.

Dicitur dilemma, qvod ita utrinq; premat, ut ex altera parte capiat adverſarium: Unde cornutus etiam Syllogiſmus ſolet vocari: Cicero comprehenſionem appellat.

Si verū ſit, nō poteſt reprehēdi: ſi falsū, diluitur aut cōverſione, aut alteriꝰ partis inſinuatione.

Eſt itaq; dilemma ratiocinatio imperfecta, qvæ ducitur à duabus partibus contrariis, cui ſi addatur aſſumptio, fiet ratiocinatio perfecta.

CAPUT XXV.

De Confutatione.

Refutatio aliqvando ſumitur pro tota actione defenſoris, aliqvando pro ea parte orationis, qva dictâ ab adverſario diſſolvuntur, qvæ propriè reprehenſio dicitur.

Eſt autem reprehenſio, qva adverſariorū confirmatio aut Diluitur, aut Infirmatur, aut Elevatur.

Hæc eodē inventionis fonte utetur, qvo utitur confirmatio, iisdē ſcilicet locis.

Qvæ contrà ab adverſario dicūtur, tollūtur: aut totū, qvod ſumptū eſt, negando; aut dicendo ſumpta eſſe dubia, vel falſa pro veris, & certis.

Non effici ex ſumptis, qvod concluditur.

Poſtea ſingula ſolvenda ſunt.

CAPUT XXVI.

Qvomodo argumentationes oratoriæ ſunt tractandæ.

Argumentandi ratio. In oratione interdum sunt ratiocinationes breviter conclusæ, & aperta Enthymemata, & inductiones.

Qvod ut reprehendendũ nõ est, ita cavendũ est, ne Syllogismorũ & Enthymematũ turba sit conferta, & eodẽ modo semper conclusa oratio.

Adhibeatur ergo in argumentando varietas, & jucunda qvædã distinctio, & verborum ac sententiarum exornatio.

CAPUT XXVII.

De Peroratione.

Peroratio constat Amplificatione, & Enumeratione.

Cujus locus proprius est in peroratione: sed alibi adhibeatur, ut post rem confirmatam, & reprehensam.

Omnes affectus hîc concitandi sunt: etiam alibi, sed breviùs.

Hîc omnes eloqventiæ fontes aperiendi, ut nõ solùm benevoli auditores se dedant, sed etiam repugnantes trahantur.

Juvant ad hoc efficiendum, qvæ de amplificatione, libro I. dicta sunt.

Caput est, ut orator priùs in se motus excitet.

Valent etiam ad excitandum, rerũ absentium imagines, ita repræsẽtatæ, qvasi oculis cernãtur.

Qvæ nonnunqvã laudatori, svasori non sæpè, accusatori sæpius, qvàm reo est necessaria.

Cujus duo sunt tempora: alterum si diffidas memoriæ auditorum, alterum si freqventatis fir-

namentis, causa vim habitura sit majorem.

Repetitio fiat per capita, ne videatur altera oratio. Repetantur cũ pondere verborũ & sẽtẽtiarum, ita ut non sit recta, sed variata repetitio.

In enumeratione vitãda est ostentatio memoriæ.

FINIS TABULARUM LIBRI PRIMI & SECUNDI.

TABULÆ LIBRI TERTII.

CAPUT PRIMUM.

De Elocutione.

HOc libro agitur de Elocutione, in qva orator debet excellere.

Unde ab eloqvẽdo, Græcê Rhetor, Latinè Eloqvẽs, nominatur: & eloqvẽdi vis ei soli côceditur.

Eloqvi autem, est omnia qvæ mente conceperis, promere, atq; ad audientes proferre.

Hoc maximè arte docetur: hoc studium & exercitationem, & imitationem reqvirit: hoc maximè orator est oratore præstantior.

Eloqvens autem is dicitur, qvi ita dicit, ut probet, qvod est necessitatis; delectet, qvod est svavitatis; flectat, qvod est victoriæ.

CAPUT II.

Qvæ in Elocutione spectanda sunt?

In Elocutione spectatur, ut dicamus: latinè, planè, ornatè, & ad id, qvod agitur, aptè &

congruenter. Sed de ratione puri dilucidiq; sermonis, non est hic præcipiendi locus; traditur enim doctrinâ puerili. *Harum partium* Altera dici postulat ornatè: sit jucunda. Altera hanc habet vim, ut oratio in sensus influat. Pluribus rebus sit instructa.

CAPUT III.

De Ornatu.

Oratio: Ornatur genere primùm, & qvasi colore qvodam & succo: ut sit, Gravis, Svavis, Erudita, Liberalis, Admirabilis, Polita. Sensus & dolores habeat qvantûm opus sit. Qvod non est singulorum articulorum, sed in toto hæc spectantur corpore.

Genus dicendi eligendum est, qvod maximè teneat eos qvi audiunt: qvod non solùm delectet, sed etiam sinè satietate delectet.

Sed volenti ornatè dicere, Sylva rerū primûm ac sententiarū comparanda est. Rerum enim copia, verborum copiam gignit. Et si est in rebus honestas, in verbis etiam est splendor qvidam.

CAPUT IV.

De ornatu orationis.

Omnis oratio conficitur verbis: qvorum ratio vel Simpliciter, vel conjunctè consideratur, unde ornatus est, vel in singulis verbis vel in conjunctis & continuatis: vel propriis & unà cùm rebus natis, aut novatis, & qvasi fictis.

CAPUT V.

De verbis simplicibus.

Ver-

Verba simplicia naturâ, alia sunt. Consonantiora, ut moderatio, qvâm modestia. Grandiora, ut optimus, qvâm bonus. Nitidiora, ut bos, qvàm vacca. Alia his contraria; Ut enim syllabæ è literis meliùs sonantibus clariores sunt; ita verba ex syllabis, magis vocalia. Et qvò plùs qvæq; spiritûs habet, eò pulchrior. Et qvod facit syllabarum, idem verborum copulatio, ut unum alii junctum meliùs sonet.

Ex simplicibus optima creduntur, qvæ maximè exclamant, aut sono sunt jucundissima. Et honesta maximè, potiora sunt: sordidis in oratione erudita non est locus. Clara verò & sublimia, materiæ modo cernenda sunt. Qvod enim alibi magnificum, tumidum alibi: humilia circa res magnas, apta sunt circa res minores. Sed hæc aurium judicio ponderanda sunt: in qvo etiam consvetudo bene loqvendi valet.

Verba qvæ orator ad orationem ornandam affert, Aut sunt inusitata, aut novata, aut translata.

CAPUT VI.

De verbis inusitatis.

Inusitata sunt Verba prisca, & vetusta, & ab usu intermissa. Qvæ sunt Pòëtarum licentiâ liberiora, qvàm Oratorum. Qvo ornamento unicè Virgilius usus est. Habet etiã in oratione Pòëticũ verbum dignitatem, si raro & suo loco adhibeatur: ut effari, soboles, nuncupari; & alia qvibus grandior & antiqvior oratio videri potest.

CAPUT VII.

De verbis novis.

Nova verba sunt, qvæ ab eo, qvi dicit gignuntur. Qvæ fiunt, aut similitudine, ut Syllaturit, Fimbriaturit, ad similitudinem verbi, proscripturit. Aut Imitatione: ut, tinnio, rugio, clangor, & similia: aut Inflexione: ut à bibo, bibos9, mimographus. aut Adjunctione: ut: verfutiloqvus, expectorare: Græcis magis concessum est verba fingere; sed tamen aliqvando audēdum est. Si qvid durius finxeris, præmunies, dicendo, ut ita dicam: si licet dicere: qvodammodo &c.

CAPUT VIII.

De Tropis.

Tropus. Est verbi, vel sermonis à propria significatione in alienam cum virtute mutatio. Ut cùm dicimus Lætas segetes: verbum, *Lætus* ab homine ad segetes transfertur.

Tropi sunt numero 11. In uno verbo septem Metaphora, Synecdoche, &c. In oratione qvatuor: Allegoria, Periphrasis, &c.

CAPUT IX.

De Metaphora.

Metaphora. Qvæ latinè translatio dicitur, fit cùm verbum transfertur è loco, in qvo proprium est, in eum, ubi non proprium, aut translatum melius proprio est. Fit ergo, aut necessitatis causâ, cûm deest verbum proprium: ut gemmare vites: homo durus, & asper. Aut qvia est significantiùs: ut incensus irâ, lapsus errore. Aut qvia decentius & ornatiùs: ut lumen orationis, flumen eloqventiæ.

Cau-

Causa, cur delectemur translatis verbis, cùm adsunt propria, est, qvòd translatio fit similitudo ad unum verbum contracta: similitudine autem mirificè capiuntur animi.

Translatio & similitudo differunt, qvòd illa comparat aliqvid rei, qvam volumus exprimere; fecit ut leo: hæc pro re ipsa ponitur; homo est leo.

CAPUT X.

Qvotuplex sit Translatio?

Metaphora est qvadruplex.

Cùm ab animali ad animal fit translatio: ut v.g. si dicas, hominem latrare.

Cùm inanima pro inanimis sumuntur: ut concentu virtutum nihil est svavius.

Cùm pro rebus animatis inanima: ut duo fulmina belli Scipiades.

Cùm animata, pro inanimatis: ut, Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

Sed mira sublimitas in translatione est, cùm rebus sensu carētibus actū, & animos damq. v.g. Qvid gladius in acie Pharsalica agebat?

Qvæ sunt in Metaphora animadvertenda?

Fugienda est dissimilitudo: qvalis est in hac: cæli ingentes fornices.

Ne longè simile ducatur: non syrtim patrimonii, sed potiùs scopulum dixerim: non Charibdim, sed voraginem bonorum.

Ne sit humilis: ut saxea verruca: nec major, qvàm res postulat: ut tempestas comessationis: nec minor, ut, comessatio tempestatis.

Non

Non ſit freqvens & immodicus uſus, qvi potiùs obſcuret orationem, qvàm illuſtret: continuus, in allegoriam & ænigma migrat.

Qvodſi vereare ne ſit durior, mollitur dicendo, ut ita dicam: debet enim tranſlatio eſſe verecunda: ut precariò, non vi, veniſſe videatur.

Non omnes, qvæ Pòëtis conceduntur, etiam Oratoribus conceſſa ſunt: unde orator non diceret: aves pennis remigare, paſtorem populi &c.

CAPUT XI.

De Synecdoche.

Synecdoche, ſeu intellectio fit, cùm ſignificatur

Ex parte totum: ex puppi navis, enſis ex mucrone. Ex uno plures: Romanus prælio victor: hoſtis habet muros. Ex forma, ſeu ſpecie genus, Sabellicus ſus, pro qvovis. Ex materia res univerſa: pinu, navis; auro, aurea pecunia; ferro gladius. Ex toto pars: fontem ignemq; ferebat. Ex pluribus unus: oratores viſi ſumus. Ex genere pars illi ſubjecta: ut ales, pro aqvila.

Ex antecedentibus conſeqventia: ut: aratra jugo referunt ſuſpenſa juvenci.

Ut tranſlatio permovendis animis, & variandis ac ſub oculis ſubjiciendis rebus inſervit: ita Synecdoche ad variandum ſermonem. Sed omnia liberiora Pòëtis, qvam Oratoribus.

CAPUT XII.

De Metonymia.

Metonymia ſeu denominatio demonſtrat

Per

Per causas effecta: ut, dona laboratæ Cereris: Platonem legi, id est, ejus scripta.

Ex effectis causas: cùm scelus comprehensum dicimus pro scelerato: mortem pallidam, timorem mœstum.

Ex eo qvod continet, id qvod continetur: sic, moratæ urbes: sæculũ felix: Roma pro Romanis.

Ex possessore res possessas: Ardet Ucalegon, id est, ejus domus.

Ex signo res: toga, pro pace: fasces, pro magistratu. Hanc Rhetores hypallagen vocant.

CAPUT XIII.

De Antonomasia.

Antonomasia, seu pronominatio ponit aliqvid pro nomine: ut: Eversor Carthaginis, pro Scipione: Romanæ Eloqvẽtiæ Princeps, pro Cicerone.

Epitheton, latinè appositũ non est tropus, qvia nihil vertit Necesse est enim, ut id qvod est appositũ, si à proprio diviseris, per se significet, & faciat antonomasiam; qvod non facit epitheton.

Apposito freqvẽtiùs, & liberiùs utũtur Poëtæ, modò conveniat verbo, cui apponitur, qvàm oratores: unde illi dicunt, dentes albi, humida vina: qvæ apud oratores redundant.

Qvodsi epitheton aliqvid efficiat, ut in his: ô abominandum scelus! ô deformem libidinẽ! non redundat.

Exornatur autem translatis: ut cupiditas effrænata: insanæ substructiones: & aliis adjunctis tropis; turpis egestas; tristis senectus.

Ma-

Unde sine appositis nuda & incompta est oratio: Sed ne oneretur multis; qvia fit longa & impedita.

CAPUT XIV.

De Onomatopœia.

Qvid sit Onomatopœia seu Nominatio?

Onomatopœia, est fictio nominis. Apud Græcos inter maximas habetur virtutes: Latinis vix permittitur. Verùm, qvi primi sermonem fecerũt, multa finxerunt nomina: ut mugitus, sibilus, murmur. At nunc rarò, & cum magno judicio hoc genere est utendum, ne novi verbi assiduitas odium pariat. Sed si qvis commodè, & rarò utatur, exornat orationem.

CAPUT XV.

De Catachresi.

Catachresis seu abusio. Est, qva verbo simili & propinqvo pro certo, & proprio utimur. Ut v. g. vires hominis breves, longum consiliũ, gravis oratio, pro magna: minutus animus, pro parvo. Sic Pyxides, cujuscunq; materiæ sunt.

Abutimur verbis propinqvis, non solùm cùm res carent nomine; ut cùm parricidam, matris interfectorem vocamus: sed etiam cùm habent, ut eqvum ædificant: oculis perlegũnt.

Hoc differt abusio à translatione, qvòd sit licentior, & audacior, licèt non sit impudens.

CAPUT XVI.

De Metalepsi.

Metalepsis id est Transumptio, ex alio in a-

liud veluti viam præſtat: poſt aliqvot ariſtas, mirabor mea regna: per ariſtas, ſpicas, & per has ſegetes, & annos intelligimus.

Tropus rariſſimus, & maximè improprius.

CAPUT XVII.

De Allegoria.

Allegoria Latinè inverſio, aliud in verbis, aliud ſenſu oſtendit, ac etiam contrarium: temp9 eſt eqvûm ſpumantia ſolvere colla.

Habet uſum freqventē in oratione, ſed plerūq; apertis permiſcetur verbis, ita, ut nō ſit perpetua allegoria. Genus permiſtum eſt freqventiſſimum. Illud verò ſpecioſiſſimum genus orationis, in qvo ſimilitudinis, allegoriæ, & tranſlationis gratia permiſta eſt. Cavendum eſt, ne qvo genere cœperis tranſlationis, eodē non finias: unde non incipias ab incendio, & finias in tēpeſtate. Servit etiā Allegoria in qvotidiano ſermone freqvētiſſimè.

Allegoria, ſi ſit obſcura fit vitium, qvod dicitur ænigma: qvo tamen Pöetæ interdum, Oratores nunqvam utuntur.

CAPUT XVIII.

De Ironia.

Ironia. Qvam illuſionem vocant, non ſolùm aliud ſenſu, & aliud verbis oſtendit, ſed etiā contrarium; qvæ cognoſcitur, aut pronuntiatione, aut perſonâ, aut rei naturâ.

CAPUT XIX.

De Periphraſi.

Periphrasis Eſt, cùm pluribus verbis, id qvod uno, vel paucioribꝰ dici poteſt, explicatur, id eſt, circuitus loqvendi: ut: Tempus erat, qvo prima qvies mortalibus ægris incipit, &c.

Apud Pòëtas freqventiſſimus, & apud Oratores non rarus; ſed ſemper tamen adſtrictior.

Cui contrarium eſt vitium, qvod periſſologia dicitur: obſtat enim, qvidqvid non adjuvat.

CAPUT XX.

De Hyperbato.

Hyperbaton. Hoc eſt tranſgreſſio, qvæ verborum perturbat ordinem: aut Perverſione: ut mecum, tecum, qvibus de rebus, maria omnia circum. Transjectione: ut, orationem in duas diviſam eſſe partes.

Transjectio, qvæ rem non reddit obſcurã, prodeſt ad continuationes, de qvibus dicetur poſtea; in qvibus debet oratio numerũ qvendã Pòëticum habere. Pòëtæ etiã verborũ diviſionẽ faciunt, ut, ſeptem ſubjecta trioni: qvod oratio non recipit.

CAPUT XXI.

De Hyperbole.

Hyperbole. Eſt emetiens ſuperjectio, vel augendo, vel minuendo: ut fulminis ocyor alis: vix oſſibus hæret.

Sed tam in augendo, quàm in minuendo ſervetur menſura quædam: nam licèt ſit ultra fidẽ, non tamen ultra modum.

CAPUT XXII.

De ornatu, qui eſt in verbis conjunctis.

Continuatio verborum duas res habet, scil:

Collocationem, & modum quendam, five numerum. Conformatur autem oratio. Verbis, & fententiis, de quibus priùs dicetur: deinde de collocatione: poftremò de modo, & forma, id eft de numeris.

CAPUT XXIII.
De Figuris.

Figura. Eft conformatio quædam orationis remota à communi & primùm fe offerente ratione.

Differt à tropis, quia fieri poteft in propriis verbis, quod in tropos non cadit: ut fi verba propria geminentur.

Cóeunt tamen frequenter in eandem fententiàm tropus & figura; ut fi duo verba fimiliter definentia effent tranflata.

CAPUT XXIV.
De generibus Figurarum.

Quotuplex fit Figura?

Ut omnis oratio verfatur in fenfu & verbis, ità & Figuræ: Unde duplex eft figura: Altera verborum, altera fententiarum.

Verborum exornatio eft, quæ ipfius fermonis infignita continetur perpolitione.

Inter has duas figuras hoc intereft; quòd verborum confirmatio tollitur, fi verba mutentur; fententiarum verò permanet, quibufcunq; verbis utaris, ut fi effet repetitio cum interrogatione, fublata repetitione, poteft manere interrogatio.

Inter auctores parum convenit de figurarum numero & nominibus, & aliqui aliquas inter verborum, alii inter sententiarum figuras rejiciunt.

Nos meliorū scriptorū sententiā explicabimus.

CAPUT XXV.

Quot modis fiant figuræ.

Figuræ verborum tribus modis fiunt, scilicet:

Adjectione: ut, occidi, occidi non Spurium Melium: ubi verbum figuratè geminatur.

Detractione: ut; abiit, excessit, erupit, evasit: ubi detrahitur, &c.

Similitudine vocum: ut, cùm gratiæ causâ nihil facias: omnia tamen sunt grata, quæ facis.

CAPUT XXVI.

De figuris, quæ fiunt per adjectionem.

Repetitio, cùm ab eodem verbo ducitur sæpiùs oratio: ut; nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas.

Conversio, superiori contraria, cùm in idem verbum conjicitur sæpiùs oratio.

Complexio, quæ duas superiores complectitur, cùm in principio & fine eadem verba repetuntur,

Conduplicatio, est verborū geminatio, quæ interdū habet vim, aliàs verò leporem: & pluribus modis fit. Aut enim adjūgitur idē: vivis & vivis.

Aut idem, quod erat in principio, in extremo etiam ponitur. Aut continenter idē, nō in eadē sentētia: penè par, nō par &c. Aut post aliquam interjectionem. Possunt etiam, vel media respondere primis, vel ultimis. Interim tota sententia repetitur.

Traductio, est ejusdē verbi crebriùs positi quædam distinctio, quæ non offendit, sed concinniorem reddit orationē: ut, Qui nihil habet in vita jucundius vitâ, is cū virtute vitam nō potest colere. Ex eodē genere exornationis est, cùm idem verbū modò in hac, modò in altera re ponitur: Cur rēm studiosè curas, quæ multas tibi dabit curas?

Polyptoton, latinè casuum commutatiō, cùm idem in multis casibus ponitur.

Fit autem, aut in uno verbō, aut in pluribꝰ: & per casus intelliguntur etiam verborum tempora.

Ut: Pleni sunt omnes libri, plenæ sapientûm voces, plena exemplorum vetustas. Et in eadem oratione hæc verba: prohibuit, eripuit, aspersit.

Unde casuum commutatio, non est eadem, cum traductione.

Synonymia est, cùm verba idem significantia congregantur. Abiit, excessit, erupit, evasit.

Interdum etiam orationes eosdē sensus facientes acervantur: Perturbatio mentis, offusa caligo, &c.

Polysyndeton, cùm oratio conjunctionibus abundat: ut, tectumque armaque.

Gradatio, repetit quæ dicta sunt, & priusquā ad aliud descendat, in pluribꝰ resistit: vel est, cū sursum versus reditur: ut, Africano virtutem industria, virtus gloriā, gloria æmulos comparavit. Rarior est hæc figura, cùm habeat artem affectatā.

CAPUT XXVII.

De figuris verborum, quæ fiunt per detractionem.

Hæ figuræ novitatis brevitatisq; causâ maximè petuntur.

Synecdoche, cûm verbû subtractû satis ex cæteris intelligitur: ut, sermo null9 scilicet, nisi de te.

Differt ab *aposiopesi*, in qua incertum est, quod tacetur, aut certè longiore sermone explicatur.

Dissolutio, cûm demptis conjunctionibus dissolutè plura dicuntur, vel in singulis verbis, vel sententiis: ut, Gallia, cuj9 virtuti, fidei, felicitati commendata est.

Dissolutionis & polysyndeti fons un9 est: quia acriora faciunt, quæ dicũtur, & vim qũadã addũt.

Differt ab articulo, qui idem est, quod incisum.

Adjunctio est, in qua ad unum verbum plures sententiæ referuntur, quarum unaquæq; illud desideraret, si sola poneretur: aliàs *Zeugma* dicitur: Quod verbum, vel in principio, vel in fine, vel medio ponitur. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.

Disjunctio est, cùm eorum de quibus dicim9, unumquodq; certo clauditur verbo: ut, Homerum Colophonii civem esse dicunt suum: Chii suum vendicant: Salamini repetunt.

Synœciosis, qvæ duas res adversas colligat: ut, tã deest avaro, qvod habet, quàm quod nõ habet.

CAPUT XXVIII.

De figuris verborum tertii generis.

Tertium figurarum genus: aut similibus, aut paribus, aut contrariis vocibus in se aures, & animos excitat.

An-

Annominatio, Græcè Paronomaſia, cùm paulùm immutata verba atq; deflexa in oratione ponuntur: quæ fit *Adjectione*: emit morte immortalitatem. *Detractione*: non exigo, ut, immoriaris legationi, ſed immorare. *Commutatione*: reprimi, non comprimi. *Tranſlatione*: homini navo, an vano. Hæc figura eſt levis, ni ſententiarum pondere impleatur.

Similiter cadens eſt, cùm in eadem conſtructione verborum, duo, aut plura ſunt verba, qvæ ſimiliter iiſdem caſibus efferuntur, etiamſi diſſimilia ſint, quæ declinantur.

Nec tantùm in fine deprehenditur, ſed reſpondent vel prima inter ſe, vel mediis, vel extremis, quomodocunq; accommodentur.

Ut in eadem oratione hæc verba: audendum, audiendum: projectus, paratus: prætor, imperator: audacia, impudentia.

Similiter deſinens, eſt ſimilis duarum ſententiarum, vel plurium finis, id eſt, cùm orationis membra, vel articuli ſimili exitu terminantur; ut, non modò ad ejus ſalutem extingvendam, ſed etiam gloriam per tales viros infringendam.

Hæc differt à ſuperiori, qvòd ibi poſſunt eſſe diſſimilia, quæ declinantur, hic non ita: illa ſolùm in his quæ declinantur, hæc etiam in aliis partibus, ut, in adverbiis.

Compar, Græcè Iſocolon, cùm orationis membra conſtāt ferè pari numero ſyllabarū: extrema hyeme apparuit, ineunte vere ſuſcepit, media æſtate confecit.

Contrapositum, vel contentio, Græcè antitheton, cùm singula singulis, vel bina binis opponuntur.

Ut, vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia: non nostri ingenii, vestri auxilii est. Nec semper contrapositum subjungitur.

Commutatio, cùm duæ sententiæ inter se discrepantes ita efferuntur, ut à priore posterior contraria priori proficiscatur: Non ut edam vivo, sed ut vivam edo.

Correctio, quæ corrigit, quod positum est verbum: quæ fit duobus modis: vel enim tollitur verbum, non ponendo aliud: ut, civis, si civis appellari potest: vel magis idoneum ponendo: ut omni officio, vel potiùs pietate.

Correctio verò sententiæ, non est hujus loci.

Dubitatio est, cùm Orator quærere videtur, utrum de duobus, aut quid de pluribus, potissimùm dicat.

CAPUT XXIX.

Quid verborum figuræ orationi conferant, & quid in eis cavendum est?

Qui parcè, & cùm res postulat his figuris utitur, jucundiorem facit orationem.

Qui immodicè & sine judicio eas adhibet, gratiam varietatis amittit.

Danda ergo opera est, ut nec multæ sint supra modum. Non ejusdem generis. Aut junctæ, aut frequentes. Quod intellige de his, quæ nobiles sunt, atq; insignes; non de illis, quæ sunt usita-

fita-

ſitatæ, & vulgatæ, quæ ſi ſint crebriores, aures non offendunt.

Ridiculum etiam eſt, neglecto rerum pondere & viribus ſententiarum, inania verba in hos modos depravare. Figuræ enim ſunt quaſi geſtus orationis, & ea ſinè ſententia ſectari, eſt quærere habitum ſinê corpore. Sciendum eſt, quid quiſq; locus in orando poſtulet, quid perſona & tempus.

Major pars harum poſita eſt in delectatione: ubi ergo atrocitate, miſeratione pugnandum eſt, quis ferat contrapoſita? ſimiliter cadentia? &c. ubi verborum cura derogat affectibus.

CAPUT XXX.

De figuris ſententiarum.

Sententiarum figura eſt exornatio, quæ non in verbis ſed in ipſis rebus quandam dignitatem, & quidem majorem habet quo genere quia excelluit Demoſthenes, idcirco Oratorum Princeps eſt appellatus. Schemata vocant Græci, quæ nô tam in verbis pingendis pondus habent, quàm in illuminandis ſententiis. Nec aliud eſt figuratè dicere, quàm aliquâ ſpecie illuminare ſententias.

Interrogatio figura eſt, quoties non ſciſcitandi gratiâ aſſumitur: ſed inſtandi: Quouſq, tandem abutére patientiâ noſtrâ? Interrogamus etiã, quod negari nõ poteſt. Aut ubi reſpondendi difficilis eſt ratio: Quomodo? Qui fieri poteſt? Invidiæ & miſerationis causâ. Convenit etiam indignationi, & admirationi. Interdum eſt acrius imperandi genꝰ: Non arma expedient? &c. Aliquando nosmet-

ipſos interrogamus. Quid agam?

Reſponſio eſt, cùm aliquid interroganti, ad aliud, quia ſic utilius ſit, occurritur, aut augendi criminis gratiâ, aut declinandi. An fuſtibus vapulâſti? & innocens quidem. An hominem occidiſti? reſpondetur: Latronem.

Subjectio eſt, cùm Orator vel interrogat ſeipſum, & reſpondet ſibi: vel cùm alium interrogaverit, non expectat reſponſum: & domus tibi deerat? at habebas.

Anteoccupatio, vel præſumptio, & Prolepſis eſt, cùm id, quod objici poſſet, occupamus. Præſumptione etiam verborum vis confirmatur: Quàmqvam illa non pœna, ſed prohibitio ſceleris fuit. Ac etiam reprehenſione, quàm alii correctionem vocant.

Correctio eſt, quæ tollit ſententiam aliqvam, & eam aliâ, quæ magis idonea videtur, emendat, & corrigit.

Dubitatio eſt, cùm quærimus unde incipiendũ, ubi deſinendũ, quid potiſſimùm dicendum, an omnino dicendum ſit. Quo me vertam? neſcio.

Communicatio, cùm aut ipſos adverſarios conſulimus: Tu deniq; Labiene quid faceres?

Aut cum judicibus deliberamus: Nunc ego, judices, jam vos conſulo, &c.

Proſopopœia, Eſt perſonarũ ficta inductio: quâ & adverſariorũ & noſtros cũ aliis ſermones, & aliorum inter ſe credibiliter introducimus. Quin & mortuos excitare in hoc genere dicendi conceſſum eſt. Urbes etiam populiq; vocem accipiunt:

unt: in quibus hoc modo mollior fit figura: Etenim si mecū Patria loqueretur &c. Formas quoq; fingimus sæpè: ut famæ, virtutis, &c.

Apostrophe, Est aversus à judice sermo: sive adversarios invadimus, sive ad invocationem convertimur; sive ad invidiosam implorationem: O leges Porciæ! legesque Semproniæ!

Hypotyposis, seu descriptio, quâ ita res aliqua describitur, ut cerni potiùs, quàm audiri videatur.

Nec solùm quæ facta sunt, aut fiunt, sed etiam quæ futura sunt, aut fuerint, exprimuntur.

Aposiopesis, vel præcisio, & interruptio, ostendit affectum vel iræ, vel solicitudinis: Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.

Ethopoeià, est imitatio vitæ vel morum alienorum, ornamentum aptum ad animos conciliandos & permovendos.

Emphasis, cùm ex aliquo dicto: aliquid latens eruitur: vel cûm plùs significatur, quam dicitur: Jacuitq; per antrum immensum: unde intelligitur corporis magnitudo.

Sustentatio est, quâ diu suspenduntur Auditorū animi, atq; aliquid inexpectatum subjungitur: aut ad aliquid leve, & minimè criminosū descenditur.

Prætermissio, vel præteritio cùm dicimus nos præterire, vel non scire, vel nolle dicere, quod tunc maximè dicimus: Non queror diminutionem vectigalium, non, &c.

Licentia est: cùm Orator, aut vereri, aut metu-

tuere debet; tamen aliquid pro ſuo jure dicit, quod minimè offendit. Vide quàm non reformidem, &c.

Conceſſio eſt, cùm aliquid etiam iniqvum, cauſæ fiduciâ videmur pati, aut concedere: Verùm eſto, eripe hæreditatem propinquis, &c. Sunt qui Conceſſionem dictorum eſſe velint: Sit fur, ſit ſacrilegus, at bonus Imperator & felix! Conceſſio juncta Ironiæ magnam vim habet,

I, *ſequere Italiam ventis, pete regna per undas!*

Parentheſis, vel interclusio, eſt declinatio brevis à propoſito. At longior digreſſio, quæ multis pars cauſæ videtur, inter figuras quorundam judicio numeranda non eſt. ſed à Cicer: numeratur.

Ironia, quæ à Quint: & Cic: inter ſententiarũ exornationes numeratur; differt ab ea, quæ eſt tropus, quod hæc ſit totius voluntatis fictio. Novum crimen C. Cæſar, &c. Tropus verò brevior & apertior.

Diſtributio, cùm aliquid in partes plures diſtribuitur; quarum unicuiq; ratio deinde ſua ſubjungitur. Vel eſt, cùm in plures res, aut perſonas certas, negotia quædam diſpertiuntur, neq; ſit ulla mentio ſubjectæ rationis.

Permiſſio eſt, cùm alicui rei vehementer confidimus, & oſtendimus nos eam tradere, ac concedere alicujus voluntati: & cum relinquimus ipſis judicibus vel adverſariis aliquid exiſtimandum. Aliqui Permiſſionem factorum, Conceſſionem dictorum eſſe putant.

Deprecatio, vel obſecratio, cùm operam alicu-

jus imploramus. Per dexteram te istam oro.

Optatio, quæ voti alicujus præbet significationē. Utinam mihi facultatem causa concederet.

Execratio, quæ malum alicui precatur: Dii te perdant.

Epiphonema, rei narratæ, vel probatæ summa acclamatio. Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Exclamatio est, quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicujus, per hominis, aut rei cujuspiam compellationem: O miserum me! &c. O tempora! O mores!

Sunt & illa jucunda, quæ simplicem, & minùs præparatam ostendunt orationem, & minùs suspectos faciunt. Ut est quasi pœnitentia dicti: Sed quid ego ita gravem personā introduxi? Vel cùm quærere quid nos dicam9, fingim9: quid reliqvum est: nunquid omisi? Et cùm aliqua veluti ignoramus: sed earum rerum artificem, quem? Et cum deponimus aliquid apud memoriam auditorū, & postea reposcimus. Hæc omnia dant orationi varios veluti vultus: Gaudent ergo res varietate, ut oculi vario rerum aspectu.

Et hæc de Tropis, & ornamentis, tum verborum, tum sententiarum.

CAPUT XXXI.

De Collocatione.

Collocatio erit optima, Si junctam orationem efficiet cohærentem, lenem, & æquabiliter fluentem. In ea necessaria sunt Ordo & Junctura.

CA-

CAPUT XXXII.

De Ordine.

Ordinis observatio est in verbis, singulis, conjunctis. In quibus hæc sunt cavenda:

Ne minora majoribus subjiciantur, sed semper crescat oratio: unde non dices: Sacrilegus, & fur.

Est & ordo naturalis: unde potiùs dices, diem ac noctem: ortum & occasū, quàm contrà. Quædā ordine permutato fiunt supervacanea: ut: fratres gemini, non gemini fratres. Verbo sensū claudere, si compositio patiatur, optimum est: sed si asperum, potiùs decori orationis consulatur. In oratione enim cùm verba non sint dimensa, transferri possunt in locum, ubi magis congruūt.

CAPUT XXXIII.

De Junctura.

Ut Junctura concinna, & elegans sit, assequemur. Si verba extrema ita cum consequentibus jungemus, ne aspere concurrant, nevè vastiùs diducantur. Asperum concursū efficiūt consonantes illæ, quæ sunt asperiores: ut: s & x ars studiorū, rex Xerxes. Hiulcam reddunt orationē vocaliū concursus: ut si longæ uniantur: viro optimo obtemperare: sed minùs peccabit, qui longis breves subjiciet. Sed in hoc diligentia nō sit nimia, & Plato, & Demosthenes, & Cicero sæpe in oratione habent vocalium concursionem.

Nam hiulca nonnunquam decent, faciuntq; ampliora quædam, & non ingratam negligentiam hominis, magis de re, quàm de verbis laborantis indicant. Unde nimia vocalium concursio est qui-

quidem vitanda, at modica & suo loco posita, non est repehendenda. Videndum est ne syllabæ verbi prioris sint primæ posterioris. Ne monosyllaba multa continuentur: & itidem brevia verba & nomina: & contra, neq; longa quæ tarditatẽ afferunt. Nec multa similier cadentia, & desinentia continuentur: similiter, nec verba verbis & nomina nominibus subjiciantur. Verborũ junctura maximam desiderat diligentiam: ita tamen, ne fiat operosè: quia esset infinitus & puerilis labor. Stylus exercitatus efficit facilem juncturam, & aurium judicium

CAPUT XXXIV.

De modo & forma verborum.

Dicendi imperitus, quæ dicit, spiritu, non arte determinat: At Orator ita alligat sententias verbis, ut: nihil Inane, Inconditum, Curtum, Claudicans, & Redundans dicat.

Hoc oratorio fit numero, qui aptam, & concinnam, & svavem efficit orationem.

CAPUT XXXV.

De Origine orationis numerosæ.

Princeps dicitur fuisse Thrasimachus, cujus tamen nimis numerosa fuerunt scripta. Isocrates ita rem temperavit, ut: multi eum hujus concinnitatis faciant auctorem. Aristoteles & Theodectes versum in oratione vetant, esse numerum requirunt: de quo Theophrastus accuratiùs præcipit. Romani tempore Ciceronis agnoverunt numerum, de quo diligentissime Cicero præcepit. CA-

CAPUT XXXVI.

Cur numerosa oratio inventa?

Aures, aut potiùs animus aurium judicio naturalem quandam in se continent vocum omnium dimensionem. Unde breviora & longiora judicat: moderata expectant: mutila & quasi decurtata ac immoderatiùs excurrentia sentiunt, quibus offenduntur. Cùm ergo aliquid fortuitò, conclusè, aptèq; diceretur, notari potuit id, quod casu cecidisset: notatio autem artem parit.

Ut ergo Poëtica & versus inventus est terminatione aurium, & observatione prudentium; sic etiam in oratione, licèt multò seriùs, notatum est certos esse concursus conclusionesque verborum.

CAPUT XXXVII.

De incisis, membris, & periodis.

Incisum, est sensus, non expleto numero conclusus: plerisq; pars membri: Domus tibi deerat; at habebas, &c. Fiunt incisa etiam singulis verbis; diximus, testes dare volumus.

Membrum, est sensus numeris conclusus, sed à toto corpore abruptus, per se nihil efficiens: O callidos homines! ô rem excogitatam! ô ingenia metuenda! quem quæso, &c. Tunc ergo incipit corpus esse, cùm venit extrema conclusio: quem quæso nostrùm fefellit, &c.

Periodum, Cic: ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, & circumscriptionem dicit.

Cùm temperetur membris omnis paulò longi-

or circuitus, tamen aliud est, cæsim, membratim, & circumscriptè dicere.

Circumscriptio est, cùm ab initio ad finem usq; quasi in orbem inclusa fertur oratio, donec consistat in singulis perfectis absolutisq; sentētiis.

Membratim dicimus, cùm in singulis membris liberior insistit oratio.

Incisim dicimus, cùm in singulis incisis insistit orator. Quomodo in his adhibendus sit numerus, dicetur, si priùs de pedibus, quibus numerosa temperatur oratio, dixerimus.

CAPUT XXXVIII.

De Pedibus.

Pedes duarum syllabarum.

Spondeus - - dicunt, mores.
Pyrrichius ᴗ ᴗ novus, tulit.
Choreus - ᴗ semper, scribit.
Jambus ᴗ - legunt, reos.

Pedes trium syllabarum.

Molossus - - - conservant.
Trocheus, vel Tribrachis ᴗ ᴗ ᴗ facimus.
Dactylus - ᴗ ᴗ littora.
Anapæstus ᴗ ᴗ - peragunt.
Bacchius ᴗ - - amores.
Antibacchius - - ᴗ audisse.
Creticus vel Amphimacer - ᴗ - possident.
Amphibrachis ᴗ - ᴗ petebat.

Cicero ex aliis pedibus tres tantùm ponit; pæonas duos & dochimum.

Pæon primus - ᴗ ᴗ ᴗ aspicito:
Pæon ultimus ᴗ ᴗ ᴗ - facilitas.

Do-

Dochimus ex Bacchio & Jambo ◡ – – ◡ –
perhorrescerent.

CAPUT XXXIX.

De numero Oratorio.

Quid intersit inter numerum Oratorium & Poëticum? & inter poëma & Orationem?

Numerum oratorium Græci Rhythmum, Poëticum, Metrum vocant. Quod etsi uterq; pedibus constet: tamen multis modis differunt.

Rhythmi spatio temporum constant, pedes etiam ordine. In Rhythmo nihil refert, sitné Dactylus, an Anapæstus, cùm eodem temporum spatio constat: in versu, unus pes pro alio poni nō poest.

In versu semper idem est cursus, ut: in heroico carmine Dactyli & Spondei; in oratione nullus est certus numerus: ibi est aliquid certum; hîc non ita.

Unde omnis nec claudicans, nec fluctuans æqualiter constanterq; ingrediens, numerosa habetur oratio: & numerosum putatur, non quod totum constat è numeris, sed quòd ad numeros proximè accedit. Unde difficilior est in oratione, quàm in versu numeri usus: In oratione maximum vitium est, si versus efficiatur, & diligenter cavendū, quâvis oratio numerosè cadere debeat.

CAPUT XL.

In qua parte ambitûs debeat esse numerus, & qui pedes maximè probentur.

In toto verborum ambitu numeri tenendi sunt non solùm in fine, ut quidam putant; licèt aures finem maximè expectent. Unde a principio ver-

verborum comprehensio ita fluere debet, ut ad extremum veniens ip'a consistat. Aristoteles heroum numerum grandiorem judicat, quàm soluta desideret oratio: Jambus vulgari sermoni congruit. Trochæus ob brevitatem, dignitatem nō habet. Pæona probat, ùt orienti, mediæ, & cadenti orationi aptissimum. Ità ut oratio non sit humilis & abjecta, sed elata, & plena, Cicero censet omnes pedes in oratione esse permissos: vitium enim esset, si iisdem semper uteremur. Sed Creticum, Dochimum, Dichoreum, & Pæonas cæteris anteponit: modò ne Dochimus iteretur. In heroo verò Dactyli & Anapæsti & Spōdei pede impunè progredi licere censet, duos duntaxat pedes, aut paulò plùs, ne in similitudinē versûs incidamꝰ. Sit igitur tēperata & permista numeris oratio, nec tota dissoluta, nec tota numerosa: Pæone maximè & reliquis etiam, quos ille nō recenset. In his quæ demisso & humili sermone dicentur, fit Jambus frequens; Pæon in amplioribus: in utroq; Dactylus. In oratione ergo perpetua, ita numeri sunt miscendi, ut non animadvertatur quadrandæ orationis industria. Quo fit, ut nullus sit pes, qui aliquando in orationem non veniat.

CAPUT XLI. *De initio periodi.*

Clausulæ diligentiùs quâm cætera omnia considerandæ sunt, quòd in his perfectio & absolutio judicetur. Proximam diligentiam initia postulant: nam & ad hæc intentus est auditor. Optimè hæc nascuntur à proceris numeris ac liberis, maximè Dactylo & Pæone priore, Cretico;

Anapæsto, qui par est Dactylo, licèt ordine contrarius. Dochimus quovis loco aptus est, modò semel ponatur, quia iteratus numerum facit apertum.

CAPUT XLII. De fine periodi.

In extremo circuitu duo aut tres pedes sunt ferè notandi. Quos aut Choreos, aut Spondeos, aut alternos esse oportebit: vel Dichoreos. Spondeus est in clausulis firmus & stabilis, quo maximè usus est Demosthenes. Pæona alterum cadenti orationi aptissimum esse docuit Aristoteles, quod & Cic: placet: sed aptiorem judicat Creticum, qui sive geminetur, sive Spondeū præcedat, multum decoris habet in clausulis: cui etiam optimè jungitur Anapæstus: est et am Dochimus stabilis & frequens in clausulis.

Jambus, Trochæus, aut etiam Dactylus proximus à postremo numerosè concludit, si sit extremus Choreus aut Spondeus. Sed malè concluderent, si quis eorum in extremo locatus esset, nisi cùm pro Cretico postremo est Dactylus, quia ultima brevis an longa sit? non refert. Sunt & aliæ clausulæ, quæ numerosè concludunt, quas observavit Quintilianus.

Clausulæ versuū non conveniunt orationi, cavendum est etiam, ne verbis plurimarū syllabarū utamur in fine, quod etiam in carminibus est permolle. Cùm ergo clausulæ maximè appareant, variandæ sunt, ne aurium satietate repudientur.

CAPUT XLIII. De media periodo.

Si primi & ultimi pedes fuerint modo jam dicto

ctio dispositi medii potuerunt latere: modò circuitus non sit brevior, quàm aures exspectent, aut longior, quàm vires patiantur. Cavendum ergo est, ne verba pigra aut longa sint, aut brevium contextu sonum penè puerilium crepitaculorum reddant. In mediis ergo sunt quidam conatus, qui leviter intersistunt, ùt currentium pes etiamsi non moratur, tamen vestigium facit. Pæonem, Dochimum, mediæ orationi aptum esse dixit Cicero, in qua parte aliqui Creticos & Bacchios laudant. Si orationem ferri celeriùs volumus; crebros Trochæos & Jambos inferamus: si lentiùs, Spondeos: si moderatiùs, pedibus utemur, qui brevibus & longis temperantur.

CAPUT XLIV.

De his, quæ suaptè natura sunt numerosa.

Quæ dicuntur, interdum suaptè natura numerosa sunt, etiamsi nihil factum est de industria. Ut cùm sunt casus in exitu similes, & cùm paribus paria referuntur. Est enim, Judices, hæc non scripta, sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus; verùm &c. Quod fit item in referendis contrariis: in quo Cicero frequens est. Semper enim antitheta necessitate ipsa numerum oratorium faciunt.

CAPUT XLV.

Quæ vitia sint fugienda in oratione numerosa?

Inprimis, ne apertè verba trajiciantur, quò meliùs aut cadat, aut volvatur oratio. Deinde,

ne inania quædam verba quasi complementa numerorum includantur. Tertiò, ne minutis numeris concidatur, infringaturq; sententia: sed verba jam probata & electa concinnè coagmententur: dura enim inter se commista, potiora sunt inutilibus. His vitiis declinatis, multa numerosè componendi laborem minuunt. Sunt enim multæ figuræ, quibus numeri possint variari Sunt etiam multa quæ idem valent; ex quibus exercitati illud eligunt, quod comprehensioni maximè quadrat.

CAPUT XLVI.

De magnitudine ambitûs.

Habet periodus membra minimùm duo; sæpè etiam tria. Is ambitus mediocritatem habet, ut ait Cicero: qui quatuor ferè membris constat. Nam aures implet, nec brevior est, quàm satis sit, nec longior.

Vult autem ut è quatuor quasi hexametrorum versuũ instar cõstet ferè plena cõprehensio. Quod ut sit, debet periodus sensum concludere: sit etiam aperta, ut intelligi possit, & non immodica, ut memoriâ contineri queat.

CAPUT XLVII.

De numero, qui est in membris: & cujusmodi ea esse debeant.

In oratione circumscripta est verborum comprehensio, donec tandem in clausula consistat. Cùm verò membratim dicimus, in singulis membris oratio insistit: quod in pronunciando magno-

pere

pere reficit spiritum. Unde fit, ut, oratio, quam membris capimus, longior multò esse possit, quàm quæ constat circuitu.

Ita ut aliquando ad 15. & 20. membra excurrat: Cic: pro Mil: Occidi, non Spurium Melium &c.

Nihil autem tam debet esse numerosum, quàm hoc, quod minimè apparet, & valet quàm plurimùm.

Spondeum hic Cicero vehementer commendat, nam licèt videatur tardior, habet tamen stabilem, & dignitatis non expertem gradum. In incisionibus multò magis & in membris: paucitatem enim pedum, gravitatis suæ tarditate compensat.

CAPUT XLVIII.

In qvo scribendi genere circumscriptè, & in qvo sit membratim dicendum.

In historia, laudationibus, & toto genere epidictico, sive demostrativo, delectationis causâ comparato, circumscriptione utendum est: ut tanquam in orbe inclusa currat oratio. Hoc orationis genus nec totum assumendum ad contentiones, ad causas veras, nec omnino repudiandum. Qvia & satietatem afferret, ab imperitis, quale sit, etiam cognosceretur.

Detrahit præterea actionis dolorem: aufert humanum sensum actoris: tollit funditùs veritatem & fidem. Sed qvoniam adhibenda est interdum numerosa oratio; videndum est, quo lo-

co, quamdiu retinenda. Adhibenda est, si quid sit laudandum ornatiùs, ut fecit Cicero lib: 2. accus: aut exponenda narratio, quæ plûs dignitatis desiderat, quàm doloris.

Est etiam apta prœmiis majorum causarum: ubi solicitudine, miseratione, commendatione res eget.

Sæpè etiam in amplificanda re funditur numerosè & volubiliter oratio: quod tum valet, cùm ab oratore jam obsessus est is, qui audit: quia jam favet. Hæc forma perorationes quidem includit, sed in reliquis partibus retinenda non est diu. Nam cùm supradictis locis eâ usi fuerimus, tota dictio ad incisa & membra transferenda est. Incisim autem & membratim tracta oratio in veris causis plurimùm valet, maximè cùm arguas & refellas.

CAPUT XLIX.

Quâ ratione paretur facultas aptè & copiosè dicendi?

Numerosè dicendi facultas non est tanti laboris, quanti esse videtur. Nec enim necesse est, ut oratio dimetiendis pedibus ac ponderandis syllabis consenescat.

Satis in hoc Oratorem formabit multa scribendi exercitatio; ut ex tempore etiam numerosè dicat.

Circumscribitur enim mente sententia, confestimq; verba concurrunt, quæ mens statim dirimit, ut suo quodq; loco respondeat. Nam

si

si nonnulli exercitatione extemplò versus conficiunt, quantò faciliùs oratio soluta numerosa fieri poterit? cùm nihil sit oratione flexibilius, ut facilè sequatur quocunq; ducas, veluti mollissima cera. Neminem ergo pedum varietas conturbet, qvi sponte sese offerent, modò exercitatio adsit: ut patet in arte musica &c.

CAPUT L.

Qvanti momenti sit aptè dicere?

Quanti monenti sit aptè dicere experiri licet: si aut compti Oratoris bene instructam collocationem dissolvas permutatione verborum. Ut si periodum aliqvam Ciceronis pervertas: Aut si alicujus inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam, eamq; ordine verborum paululùm commutato, in qvadrum redigas: Verùm comptè & aptè sinè sententiis dicere, insania est: sententiosè autem sinè verborum ordine infantia. Eloqvens verò qvi dicendo plausus, admirationes, & clamores movere debet, ita debet dicere, ut turpe sit, quidquam aut suspectari, aut audiri libentiùs. Quare cùm hanc eloquentiæ partem Aristoteles, Theophrastus, Demosthenes & Tullius tanti fecerint, eam nobis debemus summâ industriâ comparare.

CAPUT LI.

De tribus dicendi generibus.

Aliud dicendi genus desid eratur in parvis causis, in moderatis, in gravissimis.

Nec solùm variæ causæ varium dicendi genus efflagitant; sed etiam ejusdē orationis diversæ partes. Unde quot sint dicendi genera, & in quib9 causis & orationis partibus adhibenda sint, dicendum est.

Tria sunt dicendi genera, in quibus perfectus debet florere Orator.

Unum sublime, *acutum, & tenue*. Alterū vehemens *copiosum, & grave*. Tertium interjectum & qvasi temperatum.

Cùm tria sunt Oratoris officia: Docere, Movere, Delectare; Subtile in probando, Vehemēs in flectendo, Modicum in delectando versatur.

In genere subtili orationis, forma debet esse à vinculis numerorum libera & absoluta. Non tamen vaga, ut ingredi liberè, non ut licentior errare videatur. Diligentia etiam coagmentandi verba prætermittenda est, & omnis insignis ornatus removendus. Ponentur tamen acutæ crebræq; sententiæ. Ornamenta verborum & sententiarum cum tropis verecundè parcèq; adhibebuntur. Translationes poterunt esse crebriores, non tamen ita crebræ, ut in genere amplissimo.

Genus temperatum. Uberius est aliqvantò & robustius qvàm humile, de qvo dictum est.

Submissius tamen qvàm illud, de qvo dicetur, amplissimum. Huic omnia dicendi ornamenta conveniunt, plurimùmq; est in hac oratione svavitatis. In hoc verborum cadunt lumina omnia, multa etiam sententiarum. In hoc genere

re nervorum vel minimum, ſvavitatis autem eſt vel plurimum.

Genus amplum & copioſum. Vim habet vel maximam: modò enim perfringit, modò irrepit in ſenſus &c. Hìc Orator defunctos excitabit, patriam loquentem faciet, aliquem alloquetur &c. Hìc amplificationibus extollet orationem & vi ſuperlationum quoq; eriget, & per omnes affectus tractabit.

His tribus generibus utetur Orator, ùt res exigit, nec pro cauſa modò, ſed pro partibus cauſæ.

Hujus tripartitæ varietatis moderator magni debet eſſe judicii, ut poſſit, quocunq; modò cauſa poſtulat, dicere: Ad cujus tenues (ut eſt cauſa pro Cæcinna:) ſubmiſſum genus accommodabit: Ad graves, qualis eſt Rabirii, vehemens: Ad mediocres, ut eſt cauſa pro lege Manilia, temperatum.

In eadem etiam oratione ad Conciliandū, mediocre; Docendum & probandum ſubtile; & enucleatum; movendum, grave adhiberi debet. Eſt enim eloqventis proprium, Parva ſubmiſſè; Modica temperatê; Magna graviter dicere.

Variandum eſt etiam dicendi genus pro ratione perſonæ, quæ dicit, quæ audit; cùm non eadē ſit cujusq; auctoritas, fortuna, & nomen. Pro ratione locorum ac temporum. In omnibus etiam rebus temperandū eſt, ſemper enim ma-

gis offendit nimium, quàm parum. Unde fit, ut eloquentiæ fundamentum, ſicuti & aliarũ rerum ſit ſapientia.

CAPUT LII.

De Memoria.

Memoriæ inventor dicitur Simonides, qui obtrita convivarum corpora, ex loco, quo quiſq; recubuiſſet, diſcrevit. Quò facto notatum eſt memoriam ſignatis animo ſedibus juvari. Quod etiam quiſq; ſuo experimento credere poteſt; quia cùm in loca poſt tempus redimus, reminiſcimur eorum quæ ibi facta ſunt.

CAPUT LIII.

An memoria ſit Eloquentiæ pars?

Licèt memoria ſit eloquentiæ cum aliis partibus communis: tamen artificioſa memoria oratoriæ pars exiſtimatur. Neſciretur enim quãta vis ejus eſſet, niſi in hoc lumen orandi vim extuliſſet. Non enim ſolùm rerum, ſed etiam verborum ordinem præſtat, & propemodum infinita complectitur, ut potiùs audiendi patientia, quàm memoriæ fides deficiat: Non immertò igitur theſaurus Eloquentiæ dicitur.

CAPUT LIV.

De artificio memoriæ.

Memoriæ artificium à veteribus traditum conſtat *Locis & Imaginib9*. Qui volunt hanc ingenii partem excolere, de locis hæc obſervent. *Loca* multa animo capiant ſpatioſa. Multa varietate ſigna-

gnata, illuſtria, explicata modicis intervallis: Ut, ædium ferè magnarum, aut alterius ædificii. Quæ ſunt diligenter animo affigēda, ut, ſinè cunctatione occurrant. Tum quæ fuerint ſcripta vel cogitata, ordine his locis ſunt commendanda, ſignis, quæ eorum memoriam excitent, notata.

Loca, quæ ſumpſeris, egregiè commoditerq; notare oportebit, ut perpetuò hærere poſſint.

De Imaginibus. Quæ fuerint ſcripta vel cogitata, locis commendanda ſunt, ſignis, quæ eorum memoriam excitent, notata. Imagines dictis locis ordine ſunt collocandæ. Cùm memoria repetenda fuerit, ab initio loca recenſenda, & quod cuiq; credideris, repoſcendum. Nam ordo locorum ordinem rerum conſervat: & res ipſas, imagines notant.

Utendum eſt imaginibus aliquid agentibus & acribus, inſignitis, quæ occurrere & celeriter percurri animo poſſint. Quæ imagines pro rerum varietate ſubinde mutandæ ſunt locis permanentibus.

CAPUT LV.

Quid conferat memoriæ artificium?

Prodeſt memoria artificioſa ad multa rerùm nomina audita per ordinem repetenda, & ad res ordine diverſas complectendas. Ad ſingula perpetuæ orationis verba reminiſcenda nihil ferè prodeſt: quia ſingulorum verborum ima-

magines memoriæ mandare inutile eſt, & infinitum. Si longior oratio memoriæ mandanda fuerit, proderit per partes diſcere.

Non erit inutile aliquas apponere notas, quarum recordatio excitet memoriam. Juvabit iisdem quibus imò ſcripſeris chartis, ediſcere. Quantùm ſtudio naturâq; valeat memoria, multorum exemplo, ut, Themiſtoclis, Mithridatis, & Cyri conſtat.

CAPUT LVI.

De pronunciatione & ejus utilitate.

Ut pronunciatio à voce, ita actio à geſtu ducitur. Sinè qua ſummus Orator eſſe in numero nullo poteſt: mediocris hâc inſtructus ſummos ſæpè ſuperavit. Ut meritò Demoſthenes huic parti primas, ſecundas, & tertias dederit.

Eſt etiam actio quaſi quædam corporis loquentia.

Eſt autem in duas diſtributa partes, ſcilicet in *Vocem* quæ aures movet; *Geſtum*, qui oculos; per quos duos ſenſus omnis ad animum penetrat affectus.

CAPUT LVII.

De Voce.

Vocis mutationes totidem ſunt, quot animorum, qui maximè voce moventur.

Ut-

Utcunq; ergo Orator se affectum videri, & animum audientis moveri volet, ita certum admovebit vocis sonum, *Iracundia* postulat vocis genus acutum, incitatum, crebrò incidens.

Miseratio & moeror flexibile, plenum, interruptum flebili voce. *Metus* demissum, hæsitans, abjectum. *Vis*, contentum, vehemens, imminens quadam incitatione gravitatis.

Voluptas, effusum, lene, tenerum hilaratum, ac remissum. *Molestia* sinè commiseratione, grave quiddam & uno pressu ac sono obductum.

Ac quidem vocis bonitas optanda, sed tractatio in nobis est. Priùs ergo Orator variabit & mutabit, omnesq; sonorum tum intendens, tum remittens, perseqvetur gradus.

Nec modò in diversis rebus, sed etiam in iisdem partibus, iisdem affectibus, qvasdam non ita magnas vocis mutationes adhibebit. Nam varietas cûm gratiam præbet ac renovat aures, tum dicentem ipsa laboris mutatione reficit.

CAPUT LVIII.

De Gestu.

Vocem subsequi debet gestus, & animo simul cum ea parere. Gestu sic utendum est, ut nihil in eo supersit. Status erit erectus & celsus. Rarus incessus, nec satis lon-

longus, excursio moderata, & rara. Nulla mollitia cervicum; nullæ argutiæ digitorū.

Trunco magis toto se Orator moderabitur, & virili laterum flexione, Brachii porrectione in contentionibus: contractione in in remissis.

Pedis supplosione in contentionibus, aut incipiendis, aut finiendis. Sed in ore sunt omnia, in quo dominatus est oculorum: quoniam omnis actio est animi, & imago animi vultus est, indices oculi.

Hæc unica pars corporis quot animi sunt motus, tot significationes & commutationes potest efficere.

Non est oris species nimis immutanda; ne aut ad ineptias, aut ad pravitatem aliqvā deferatur.

Oculorum igitur remissione, conjectu, hilaritate motus animorum significabimus. Est etenim actio quasi sermo corporis, quod magis menti congruens esse debet.

FINIS TABULARUM LIBRI III.

Ad Maiorem DEI Gloriam

Explicationes Soarij De Tropis

Quid est Tropus? R. Est translatio unius dictionis v pluriam a proprio significandi modo ad improprium propter ornatum orationis.

Quot sunt Tropi? R. Sunt 11. Quotuplices sunt Tropi R. Duplices verborum & Sententiarum. Quot sunt Tropi verborum? R. 7. Metaphora, Synegdoche, Metonimia, Antonomasia, Onomatopoegia, Catachresis, & Metalepsis. Sententiarum 4. Allegoria, Periphrasis, Hyperbaton, et Hyperbole.

Quid est Metaphora? R. est Translatio unius dictionis v pluriam a propria significatione ad impropriam, propter similitudinem v necessitatem. Quot sunt Species Metaphorae? R. sunt 4. Ima est species ejus. Quando dictio competens rej animatae, transfertur ad aliam rem animatam. vg Testudineo passu procedit. Secunda species est quando fit Translatio a rebus inanimatis ad res inanimatas vg Honorum sitis. pro ambitione auri fames pro cupiditate. caligo mentis. pro ignorantia splendor generis pro nobilitate. 3tia Species e translatio a rebus inanimatis ad res animatas vg Fulmen belli. pro viro forti. Fulmen eloquentiae pro eloquen-

tia

ti viro. Vorago Reipublicae pro avaro. Patriae propugnaculum pro defensore. 4ta Species est Translatio a rebus animatis ad res Inanimatas. vg Caeli oculus pro sole. Maris brachia. pro Sinuosis anfractibus. Vertex montis pro Cacumine. Vitia Metaphorae sunt sequentia.
Primum Vitium e dissimilitudo ut forstas fraterni affectus.
2dum e Similitudo peregrina seu petita a longe vg Charybdis bonorum, loco vorago.
3tium Vitium e Similitudo humilis vg Noster Rex e gallina, qa cives suos tanquam pullos pennis protectionis tegit.
4tum Est vitium Metaphorae si translatio obscura et continua est. Sciendum quoque hoc, quod possit uti hoc audacioribus translationibus. Oratores non vg aves pennis remigant.

De Synegdoche.

Synegdoche tropus e, quo ponitur unum pro alio, et fit 8 modis. Primo Quando ponitur pars pro toto vg Puppis v prora pro Navi. item Mucro pro ense. Ita Virgilius: Anchora de prora iacitur, stant littore puppis item Tectum pro dido. 2do Quando ponitur totum pro parte, vg Fons pro aqua, ignis pro scintilla, domus pro tecto. 3tio Quando ponitur unum pro pluribus vg pro exercitu miles, unde dicitur miles Polonus vicit, loco exercitus. Hostilis pro hostibus. 4to Quando ponuntur pro uno plures, vg Nos pro ego. Sic posses dicere redivivos Sarmatica Respublica Martio innutrita chalibe, educat in campestribus Poloniae spacijs, Scipiones Alcidas, Alexandros, Camillos Famillos, Matellos Annibales &c: 5ta Quando ponitur species pro genere, vg: Sabellicus Sus pro quovis. Item Boreas auster, Aquilo, Affricus, Notus, Zephirus, Etchesiae, Favonius, pro vento. Sic Horatius: luctantem Icarijs fluctibus, affricum. Neritus ensis pro quovis. Lybicus Leo pro quovis.

Ota Species quando ponit genus pro specie. v.g. Fera p Leone, ales p Aquila, arbor, pro quercu. Ita Virgil: Prædamq ex unguibus ales projicit fluvio. Sic loco avita tua Aquila, dices avitus ales tuus. Item Sveticus Leo, dices: Fera illa Svetica. 7ma Species quando ponitur materia pro re ex se facta. Sic potes dicere: Omnistas quotannis ducit pinus, loco naves. Sic pariummarmor inhabitat, loco: Habitat in domo marmorea. 8va species est quando ex re aliqua consequente, inferuntur antecedentia. Ita: Fumus pro igne ponit. v.g. et iam suma procul villarum culmina fumant, maioresq cadunt altis de montibus umbræ, id est vesper incipit: Sic laudando victoriam anteactam, dicere posses: rubet adhuc campus hostili fusus sanguine. Denique quo ponuntur antecedentia pro consequentibus. v.g. Aurora pro die. Vixit pro: mortuus est.

De Metonimia.

Metonimia tropus est quando ponit unus pro alio, habet species 6. 1ma quando ponit causa pro effectu. Per causam intelliguntur inventores primi alicujus rei v.g. Mars p Bello. Ita Virgilius: quo nunc Ostantior alter ære ciere viros, Martemq accendere bello. Ita Vulcanus: ponit pro igne. Unde dicit dignus Vulcano liber; Ita autem: Ceres pro frugibus. Bachus pro vino. Ita Virgilius: Auraj in medio libebant pocula Bachi. Tullius pro eloquentia. 2da Species Quando ponit effectus p causa v.g. Scelus comprehensum. loco Sceleratus homo. Item. Scelerati rem publicam demoliunt, id est Scelerati: et econtra virtutes servant Patriam, id est Virtuosi. Item. Ardent in Quernalibus Flammis Superbia id est Superbi homines. Sic dicit: pallida mors. ita etiam: audax Iuventus, tristis Senectus. 3tia Species quando ponitur continens pro re contento. v.g. Civitas pro civibus. Sic: deponet ad Mentas tuas suum postulatum civitas nostra. Ita etiam Poloniia pro Polonis, Cælum p Cælicolis, unde dicit supplica Cælo. Sic virtutem tuam universa celebrat Polonia, estimat

Italia

æstimat Italia, miratur Gallia, obstupescit Germania, orbis suspicit universus. 4ta Species quando ponitur contentum pro re continente v.g. Vinum pro vasis: Sic Virgilius crateras magno statuunt et vina coronant. 6ta Species est, quando ponitur possessor pro re possessa v.g. Jam Proximus ardet Ucalegon i.e. domus eius. vel Alexander totum orientem armis subegit. Item Rex serenissimus triumphat i.e. exercitus ejus. 6ta Species est quando ponitur signum pro re signata seu significata v.g. Sagum pro bello, toga pro pace, Fasces pro Magistratu, Purpura pro Rege. Ita Virgilius. Non illum Fasces populi, non Purpura Regnum flexit.

De Antonomasia.

Antonomasia Tropus est quando nomen proprium ponitur pro Apellativo, vel apellativum pro proprio. habet Species Octo. 1ma Species quando ponitur hominis dignitas pro nomine illius proprio v.g. Romanae urbis conditor pro Romulo, Carthaginis eversor pro Scipione. Romanae facundiae Princeps pro Cicerone. Ita etiam omnia offitia et tituli possunt poni, per hunc Tropum pro nomine proprio. 2da Species quando ponitur definitio pro re definita. v.g. Facultas bene dicendi pro Rhetorica. Prima omnium rerum parens pro natura. 3tia Species est quando ponitur Ethimologia nominis proprii ut aurei oris Pontifex pro S. Chrisostomo. mellifluus Ecclesiae Doctor pro S. Bernardo. Princeps Apostolorum caput orthodoxae Ecclesiae pro S. Petro. Doctor gentium pro S. Paulo. 4ta Species est quando ponitur Patria pro nomine v.g. Arpinas pro Cicerone, Aquinas pro S. Thoma. Stagyrita pro Arystotele 5ta Species est quando ponitur descriptio hominis pro ex aliquo Offitium vel proprietatem v.g. Troiani belli scriptor pro Homero. 6ta est quando dictum vel factum ponitur pro dicente vel faciente v.g. Ille qui Patriam famem apellavit, Avaritiam i.e. Virgilius Item qui Christianorum potentia Viennam liberavit i.e. Joannes Rex. 7ma Species quando ponitur Apellativum pro proprio v.g. Urbs

6a

p Roma Orbis caput etiam p Roma item Cor Sarmatiae p Varsavia. Dua Species est quod ponitur proprium p Apellativo. v.g. Cresus Midas p divite, Irus p paupere, Nero p crudeli, Sardanapalus p Felicato, Endimion p somnolento, Proteus p Instanti.

DE ONOMatopegia.

Onomatopegia tropus est quando dictio aliqua ad imitationem soni naturalis fingitur v.g. clangunt aquilae, crocinant corvi, rugiunt leones, mugiunt boves.

DE Catachresi.

Catachresis Tropus est translatio audax quae solis Poëtis licita est in versu v.g. Vires hominis breves, idest fragiles, gravis oratio pro magna, minutus animus loco parvus.

DE Metalepsi

Metalepsis tropus est quo ex uno sensu aliquid intelligitur v.g. Post aliquot aristas mirabor mea Regna, ubi per aristas intelligendae sunt spicae, et per spicas segetes, annos intelligere debemus. Item loco hujus sensus duos menses impendimus studio dicere possem: plus quam tries post occasum apparuit Cinthia, id est ex quo ludos inchoavimus apollineos.

DE TROPIS SENTENTIALIUM

DE ALLEGORIA.

Allegoria tropus est quo aliud sensu aliud verbis aliud sensu significat. duplex est pura et mixta. Allegoria pura quae constat omnibus dictionibus translatis v.g. Iam nos immensum spatii confecimus equor. Idest multum laboravimus et diximus. Item Etiam tempus equum spumantia solvere colla, idest tempus quiescendi. Item Tecum habita ut noris quam sit tibi curta suppelex. Idest nosce te ipsum, ita dicimus Ethiopem lavat, idest frustra laborat. Danaidum dolium implere satagit pro avaro. Allegoria Mixta est quo verbis translatis intermiscentur propria v.g. Ipse inflammatus scelere, in finem venit ardebunt oculi totaque ex ore crudelitas emicabat plura exempla, vide supra sub Metaphora

Metaphora vg Frustra ad sublime scientiarum fastigium Icario ausu nititur evolare ingenium si planiores literaturæ agros, é replavit convalles. Cavendum é ne incipias in allegoria ignis aut incendij finias in tempestate. vg Ita tr̃ una illo tot iam Communis hostium exarsit furor ut illam vix extremo naufragio tot malorum involverint tempestates. Sed potius si assumpsisti Allegoriam ignis in eadem debet finire sicut illa dix in propijs ri sepeliretur cineribus. Cavendum secundo ne sit obscura Allegoria qa alias fiet ænigma.

DE IRONIA.

Ironia Tropus é qdo in dictionibus pluribus contrarium dicitur et contrarium significatur propt jocum vel irrisionem. vg Diceret aliqd de Æthiope candidior nive, innocentior metello de homine scelerato. Sic Virgilius de Trojanis volentibus sibi subiugare Hespias en qm bello Trojanæ potenti Hespias Metre iucens. Item vigilantem habemus consulem qui in suo consolatorio qm obdormijt. Cicero item de quodam bibace: Strenuissimus é iste heros seu uti vino madente mensæ oppugnandæ ubi pateni calices demetendi.

DE Periphrasi

Periphrasis Tropus é qdo aliud stis pluribus exprimitur qd paucioribus dici potest ubi Periphrasis fit tunc quando additis p aliqm amplificationem verbis sensus longior efficitur, et quando res un a adiuncta et circumstantias longius describitur. 1mæ speciei modus é vel p causas vel p constructionem grammaticam. Secundo modo Ovidius sensum hunc: multa mala passus sum sic p comparationem amplificat.

Quod frutices silvæ quod fulvas tybris arenas
Mollia qd martis gramina campus alit.

Sic Virgilius describit noctem libro 4to Æneidos:

Nox erat et placidum carpebant fessa soporem
Corpora proterva
Æquora cum medio volvunt sidera lapsu
Cum tacet omnis ager pecudes pictæque volucres
Quæque lacus late liquidos quæque aspera dumis
Rura tenent somno posita sub nocte silente
Lenibant curas et corda oblita laborum.

DE Hiperbaton.

Hiperbaton tropus é quando transponuntur inter se dictiones, fit duobus modis 1mo qdo gramaticalis ordo dictionum variatur 2do verbum aliquod compositum dividitur interpositis alijs dictionibus. 1mi modi exemplum é Satis constat Troja capta in ceteram servitum ee Trojanos. 2di modi exemplum, Hyperboreo subiecta Trioni. Virgilius. Item agrique mpe soles subijre

lletum loco argiletum. Quando p mutande et collocande dictiones p hunc tropum. hic breviter nota: 1mo Adiectivum duarum syllabarum semper melius ante substantiva 3ia vel plurium sillabarum. 2do Adiectivum plurium sillabarum pulchre ponitur ab initio. Similiter verbum et substantivum in fine plurium sillabarum ponitur. 3tio Comparativi et superlativi gradus adiectiva bene etiam post substantiva ponunt. 4to Comparativi gradus in ipso fine vel ante finem statim et certim in sententiis ponunt. 5to Nemo nullus, et alia partitiva aliquo melius post ponunt sensibus.

De Hyperbole.

Hyperbole tropus est quando aliqua res auget vel minuit, sic auget Cicero Antonij prodigalitatem quae charybdistam destantibus in locis positas tantum absorbere potuisse, tam veras oceanus medius vix videtur tot res dissipate. Ita Virgilius Ⅰ Æneidos auget celeritatem, camillae, illa ex intacta segitis per summa volaret.

Gramina nec teneras cursu lesisset aristas vel mare per medium fluctu suspensa tumenti. Ferret iter celeres nec tingueret aequore plantas. Item Virgilius dixit de Malilento vix ossibus haeret, item quando dixit de nano

Quam quae per radios volitant corpuscula Solis
Maiorem manum vix puto paulus habet.

Finis Explicationum de Tropis.

De Figuris.

Quid est figura? Rx. est cultior loquendi modus consistens in certa collocatione verborum vel in sententijs et affectibus.

Quo differt Tropus à Figura? Rx quia Tropus requirit dictiones translatas, figura autem potest esse in verbis proprijs.

Quotuplices sunt Figurae? Rx duplices: Verborum et Sententiarum.

Figurae verborum sunt cultior loquendi modus consistens in certa collocatione verborum vel in Stylo vel in affectibus.

Quot modis fiunt Figurae? Rx 3bus. 1. Adiectione quando verbum

v aliqd nn̄ semel repetit in diversis temporib. et casib. sive qd. ex Urbane Vatum maxime maxime. Detractione qndo in aliquo sua dicto aliqua occulte ponr v subintelligit. Similitudine vocum, tc qndo plures dictiones sibi similes ponunt in aliquo sua.

De Figuris q fiunt p Adjectionem.

Repetitio Figura ē, qndo plura commata v membra ab eadem dictione incipiunt ut Scipio Carthaginem evertit, Scipio pacem peperit, Scipio Civitatem servavit. Item in fune. re alicujs Herois pts dic: Oto to stawny kawaler, ktory życie swoie krwawą rzptey usługą zafarbowat. Oto to kawaler, ktory spartano pectore od nieprzyiacielskich strzat własną zastawiał Oyczyznę. Oto to kawaler, ktoreygo nie uśpione zawsze oko, y niespatygowana żelazem ręka nigdy odpoczynku nie znata.

Conversio figura ē, qndo commata, membra, alicujs periodi in verbis desinunt:

Complexio figura ē. qndo et in pp̄io et in fine periodi, membri v commatis eadem verba repetunt. Ut in funere alicujs Herois dicere posses: Vidistis strenuissimi Sarmatae infracto heroïs pectore Achillem majorem constanta, hodie videri desiit, vidistis p hostiles cuneos pvia p inimicas enses gloriosam grassatricem invicti Athletae, jam videri desijt; recessit ab oculis n. tri à cordibus, in qbs imortali memoria perennabit.

Conduplicatio Figura ē qndo unum idemqs verbum v item v aliqvando verbo aut parenthesi mediante v ōnis integro membro inrposito repetitur:

Traductio Figura e, qndo id verbum repetit in diversa significa
v. g. In terris gramnis Virgo sine labe fuisti,
Non tamen in coelis dis sine Labe pravo.
Sta gdal Polony respondit destructiu Osmianensi. Moi, Mili Pa-
nowie, nie tylko WPanow osmiana, ale y cała Rzplta na-
sza u postronnych Narodow słusznieby była osmiana, gdy
byście WPanowie teraz przeciwko szkodzie całey Oyczyzny
uporczywie in sensu et dissu vro stawai mieli.
Polyptoton Figura e, qndo id verbum v nom ponit in plurib
membris in diverso casu v gre, significa.
Synonimia Figura e, qndo plura verba seu dictiones id fere
significantes in aliqro sensu ponunt. V. G. De hnc pbo et docto
dicere posses: Probitatem, virtutem, pietatem sapiendi conjun-
xit copulavit adstrinxit, indissolubili nexu copulavit,
Polisyndeton Figura e, qndo in aliqua periodo v membro
plures ponunt conjunctiones.
Gradatio Figura e, qndo ex uno verbo ad aliud, et ex hoc
iter ad aliud quasi quibusdam gradib fit ascensus, ita, ut
semp proxime praecedens verbum cum sequenti repetat.
Sic polonicao dicitate dissuaderes Polona juventutis missio
nem ad exteras nationes: Przyzwyczaionych do swywolney
wolności y wolney swywoli Geniuszow Polskich cudzo-
ziemskich proceder cięrkawości rodzi bezmierną in exo-
ticis novitatib kompleacenyę. Zawzięta kompleacenya by
ter ostatnią z szkatuły wypycha fortuny expensę, roz
rutnie wydzażowana expensa, zubożała na Francuskich y
Włoskich bagatelach domy Rzymom Paryżom prowadzi, własney
ney Oyczyźnie ostatnią z Obcych narodow przynoszą ruin

De Figuris, quæ fiunt per Detractionem.

Synecdoche Figura ē, qndo in oraone aliqd verbum ñ ponit expsse, et ex alijs dūonib intelligr. Freqn-tior ē ista figura historicis qm Oratorib.

Dissolutio Figura ē, qndo plura verba v sents in oraone ponunt sine cjuncionib vg Ostens in suspospictas, aquaris, ma bene consulta, au sinis infeñonb sublimitas, opti-ma st virtutis ꝓsidia, imortalis famæ ꝓsagia, publi-ci amoris illicia.

Adjunctio Figura ē qndo plures sts sive duones diversa cfntes, unō verbō copulant, sive illud ponas in medio, sive in fine, sive ab initio: vg. hunc sensum dicit ꝓ aa, sic efferres: Desijt in milite animositas, in senatu consilium, in ordine Equestri animorum unio, et omnia sup induita malorum facilis in unum prospiciunt.

Disjunctio Figra ē, qndo singuli sts v incisa ñ eodē sē-paratis et singulis nominativis positis addas verba.

Sinceosis Figura ē, qndo alij sts diversi v ctrarij ad idem verbum referunt, et in eund sensum comode coincidunt.

Annominao si paronomasia ē, qndo in oraone ponunt verba parum imutata, et qbusdam literis aut syllabis additis v mutatis diversam significaonem habentia. Fit 4 modis: Adjectione. vg de Importunis Censorib diceres: Volunt quod comprehendere ñ qnt, et quod capere ñ valent, carpere satagunt. 2do Detraone, qndo ablatis literis pluribq v una, alia fit duo vg Lenones deserta sicut Leones. 3tio Comutaone qndo ex mu-tatis literis unis dicionis alia ex qsd cflat, vg Ex oratore factus arator.

+

4to Translatione. Tale ē Epigrama Illud de Regina^am^ ^re mala^ cognomine Bona: Ut pane pereunt, ut luce lumina lucent
Ut bellum bellum, sic ~~B~~ bona Bona fuit.

Similiter cadens Figura ē, qndo in oratione ponuntur plures dictiones similes sibi in casu vg Ver fugit & states, & statim tergo caepit Pomifer Autumnus.

Similiter desinens Figura ē, qndo in oratione duo vel plures stg sunt similem terminationem seu cadentiam. Vg de fugacitate.

Esse, fuisse, fore, tria florida sunt sine flore
Nam simul omne perit, quod fuit est et erit.

Compar Figura ē, qndo in oratione membra pari constantia syllabarum numero ponuntur.

Contrapositum Figura ē, qndo in oratione propter facundiam elegantiorem ponuntur verba vel stg contrarium sibi significantes. Vg Severa nimis mansvetudo est erga nocentes et innocentem. Item si ornet impios, etiam Regum purpura in murice expallescit, vilescit aut si plumbeum coronet caput. Tale etiam ē Illud: Non bene semper olet, qui bene semper olet.

Commutatio Figura ē. qndo unus stg varietas ipso verbis ponitur ex alio eius contrarium signt vg Tumultus oris in otio, otiaris in tumultu. Item Si pace quaeris bellum, in bello pacem.

Correctio Figura ē qndo in oratione aliqd verbum vel aliqs Sensus in oratione positus ab oratore corrigitur. Fit duobus modis Primo ponendo aliud verbum loco illius qd corrigitur. Secundo non ponendo. Primi modi exemplum ē. Sic de maleficis, possis dicere Redite ad mentem, bono publico importuni Cives, Hostes potius dicere debui eo perniciosiores, quo magis domestici. 2di modi ē vg de excessibus Libertatis Polonae dicere: Wy,

stąpiła z granic honesti et aequi wolność nasza, jeżeli ją jednak wolnością jeszcze, a nie raczej dissolutam licentiam nazwać możemy.

Dubitatio figura est, quando etc. vel potius spectat ad figuras sententiarum, gdzie ją illic explicatio adnectetur.

De Figuris Sententiarum.

Interrogatio figura est, quando Orator non suscitandi causa vel instando vel dolendo vel indignando vel admirando vel imperando interrogat seipsum sive alios. ut In laudem alicujus ille, vis dicere: quot ille Patriae subjecit Provincias, quot subjugavit hostes, quot captavit Opes.

Responsio figura est, quando Orator sibi respondet vel alium respondentem induxit directe vel indirecte.

Subjectio figura est, quando Orator sibi ipsi respondet vel alium respondentem induxit directe ad quaesitum ut Existens in aliqua periculo dicere posses, quid inter malleum et incudem locatus animus facit? certe extrema salutis media arripere attentavit.

Anteoccupatio Figura est, quando Orator, quod illi ab alio objici posset, ipse advertit et solvit ut excusando aliquem dicere ~~si dicti pro judicio~~

Correctio Figura est, quando Orator aliquam sententiam a se positum corrigit et vel meliorem loco illius ponit. haec figura differt a figura correctione per hoc tantum, quod hic tota sententia corrigitur, ibi vero tantum verbum unum.

Dubitatio Figura est, quando Orator fingit se de aliqua re dubitare.

ut

V. g. Laudando aliquem diceres: Unde laudum tuarum auspicabor exordia: quae cum stelli origine indagari nequeunt, quibus tuis dotibus imponam coronidem, quam non eligit meritorum tuorum immensitas, prorsus dubito.

Communicatio figura est, quando Orator consulit de sua re vel Auditorem vel judices vel ipsos Adversarios.

Prosopopoeia figura est, quando Orator varias personas, veras vel fictas loquentes in orationem inducit: Amo mortuos. 2do Urbes, lapides, 3tio res inanimatas: famam, virtutem.

Apostrophe figura est, quando Orator sermonem ab iis a quibus loquitur, avertit, et eundem ad aliam personam convertit sive praesentem sive absentem, sive mortuam sive fictam, sive veram. v. g. De vanitate mundi diceres: O blanda Syren, periture orbis, cum tuis deliciis, blandiciis suavissimo anhelatu, ut in aeternae damnationis demergas baratrum, quam blanda sit, quae promittis, quam acerba quae promittis, an spectetis ista Auditores.

Hypotyposis figura est, quando res aliqua ita describitur ab Oratore, ac si oculis hic cernatur.

Aposiopoesis figura est, quando Orator ex affectu irae vel indignationis dictionem aliquam aut sensum necessarium tacet. v. g. ex indignatione diceres, exardesce iratum et aestuantes supprimat sapientia flammas.

Etopoeia figura est, quando Orator alicujus personae affectum mores, actiones, sermonem, habitum, quibus laudetur vel vituperatur repraesentat.

Emphasis figura ē, quando plus subjess quam dicit, id ē, ex dicto rei alicujus intelligitur proprietas: ut Viā janua cepit.

Sustentatio Figura ē talis narratio alicujus rei, quae suspensio fine suo Auditorum animos diu detinet, et inexpletatam aliquam clausulam ut pro exemplo sit Thesaurus, qui Domitianum Imperatorem [illegible] ut istam figuram describit: Domitianus Imperator, Caesar Augustus Patriae pestis Genitoris.

Praetermissio Figura ē, quando Orator simulat se aliquid omittere vel nescire, et tamen id ipsum dicit ut in laudem alicujus herois diceres: Non lego inaratos fortitudines tuae characteres, quos in hostium sculpsisti cervicibus, taceo fugatos ē martiali acie tui mucronis fulgore, hostes praetereo, immortalis gloriae trophaea, quae orbis suscepit universus.

Licentia Figura ē, quando Orator eam ubi timendum ēet aut submissius dicendum, ille audacter dicit commonendi vel objurgandi causā ut ignoscetis mihi si asperior quam par est, mea vobis videbitur oratio, dico invitus et forte silere debui, sed compellit loqui talis Reip: libertas patriae.

Concessio Figura ē, quando propter aliquam rationem criminosum aliquid faciens quodamodo comodamus illo vel dissimulamus ut sit fur, sit sacrilegus, modo sit modus Imperator.

Parenthesis Figura ē, quando in medium alterius periodi alter quispiam interponitur sensus, quo ablato nihil orationi detrahitur.

Ironia Figura ē, quando tota aliqua periodus ironicē, aliud

verbis, aliud sta sfat vz de Sigro diceres: Nullum sub sole laboriosiorem repies, hic continuo ad laborum su dat aestz, nunquam torpet ignavia.
Distributio Figura e, quando aliqd in suas ptes distribuit, quod idiqd breviz dici poterat, et suas ptes latiz explicat vz hunc stum brevem Poeta Studet sic dilatares:
Non sufficit Parnassio Incola, integro dierum spatio longas horarum moras, minutissima temporum inter valla, sapienti consecrare Palladi, etiam ad clari this lampades, ad nocturnas astror faces, ad amicum pre ti splenderem, Cynthio, sudat gugit Apollineg, impalleseit lebris, expolit ingenium, auit memoriam, exercet intellectu
Quarta Figura e vz Permissio e tunc, quando Orator propter certitudinem caa, committit eam judici, aut ipsi adversario decidendam vz Amitam, Matrem, Preceptorem occidit, urbem excussit, in universos Tyranny Nero, jud laude dignz videtur, an vitupenio
Deprecao e tunc, quando orat aliqd precatz boni v deprecatz mali cum instana vz pertuam ipsiz salutem te rogo, mise rere ac tuid placeas Deo.
Optatio Quando Orator precatz sibi v alteri boni aliqd vz ita te Dz amet ut voveo.
Execrao e tunc quando Orator sibi v alijs imprecatz mali vz pereat male sceliz. peat.
Epiphonema quando Orator rem narratam et sufficienter probatam concludit sensu gravi. Sic miserns de vocao Iude proditoris in Apostolum, sermonem tand subjungere

posses: Multi vocati, pauci electi.
Exclamatio quando Orator erumpit in affectum per contemplationem rei alicujs v.g. O tempora! o mores!
Martij 7. Coelio.

Ad Majorem DEI Gloriam.

EXPLICATIO PROSODIÆ.

De Syllabarum brevitate ac Longitudine.

1ma.

Vocalem bre: vocali posita ante aliam vocalem in latinis dictionibus, semper est brevis. vg fuit.

Producunt: Hoc verbum fio in quibus temporibus non sequitur ista litera R vocalem ante vocalem habet Longam, in quibus vero sequitur R. vocalem ante vocalem habet brevem. vg fierem.

Et nomina. Excipiuntur genitivi et dativi nominum 5tæ declinationis desinentes in Ej, E, ante I habet Longam. vg requiej

Venum. Excipiuntur istorum nominum genitivi et dativi quæ habent E, ante I, Longam vocalem sed brevem. vg fidej. spej. rej.

Vatibus. Genitivi nominum desinentes in ius, I ante us habent communem vg Unius.

Alius. Iste genitivus alius, I ante us habet Longum.

Breve alterius. Iste genitivus alterius I ante us habet breve.

Pompei et: vocativi nominum desinentes in Ej seu Aj vocalem ante vocalem habet Longam.

Eheu produces. Ista interjectio Eheu habet E ante U Longum.

Semper vari aliter ohe: Ista Interjectio Ohe habet O commune.

2da.

Græca per. In Græcis dictionibus vocali ante vocalem non est certa quantitas in aliquibus est Longa in aliquibus brevis. vg Elegia.

At Chorea. Istæ dictiones chorea, platea apud Poëtas habent vocalem ante vocalem brevem.

Solvit. Diphtongus soluta in duas vocales unam vocalem E ante A habet Longam: vg Cythereia.

3tia.

De Diphtongis.

Diphtongus posita tam in Graecis quam in Latinis dictionibus semper est longa. vg Aeneas.

Praepositio. Ista praepositio prae, quando post illam sequitur aliqua vocalis, aliquando est brevis, aliquando est longa, quando vero non sequitur vocalis, tunc est longa.

4ta.

De positione.

Vocalis longa. Vocalis posita ante duas consonantes vel ante literam I quando coniungitur cum alia vocali est longa prima positione. vg Trabs.

5ta.

Consona praemiss: Quando una dictio desinit in consonantem et alia incipit a consonante tunc tempore ultima sylaba est longa prima positione. vg et Duas.

6ta.

Consona prim: Quando una dictio desinit et alia incipit a duobus consonantibus quando coniungitur cum alia vocali praecedens vocalis non erit longa sed talis qualis est natura fuit. vg longu tralis.

7ma.

De Liquescentibus.

Contrahit Ca: Quando aliqua vocalis a natura brevis ponitur ante duas consonantes mutam et liquidam spectantes ad sequentem vocalem non est longa prima positione, sed communis dicitur positione vg volucris.

8va

Ait mutam. Quando aliqua vocalis à natura longa ponitur ante mutam et liquidam, non erit communis debili positione sed longa prima positione. vg Matris.

9na.

Quadrijugus. Ista littera J, posita inter duas vocales in compositis dictionibus, et quadrijugus non facit duas consonantes sed unam neque est longa sed brevis

10mo.

De præteritis Dissylabis.

Præterita as: Præterita duarum syllabarum unam syllabam habent longam. vg. veni.

11

De præteritis geminantibus unam.

Præteritum gemi: Verba quæ in præterito perfecto, bis unam syllabam repetunt, utramque habent brevem, nisi obstet prima pos. vg pependi

Cedo cecidit. Excipiuntur ex horum verborum præterita cædo et pedo quæ etiamsi bis unam syllabam repetunt, tamen non habent ambas syllabas breves, sed unam brevem aliam longam.

12

De Supinis Dissyllabis.

Cuncta supi: Supina duarum syllabarum unam syllabam habent longam. vg. situm.

At rer. Excipiuntur ex horum verborum supina reor, eo quæ etiamsi sunt duarum syllabarum tamen unam syllabam non habent longam sed brevem vg latum.

Commune. Hoc supinum statum provenient a verbo sto, etiamsi duarum syllabarum tamen non habent unam sylla: brevem

nec longam sed communem. vg. Statum.

12.

De Supinis possyllabis.

In tum produces. Supina polsium syllabarum penultimas syllabam habent longam. vg. Amatum.

Dissi preteri: Supina dessinentia in itum provenientia a talibus verbis quae habent preteritum in ivi penultimam sylla: habent longam vg. petitum.

Agnitus. Ista verba agnosco et cognosco etiamsi habent preteritum in ivi tamen in supini penultimam syllabam habent longam sed brevem vg. agnitum.

Cetera cor. Supina desinentia in itum provenientia a verbis, qui habent preteritum in ivi, tamen in supini penultimam non habent longam sed brevem. vg. spenditum.

14.

De Derivatis.

Derivata patent. Dictiones derivatae eandem habent quantitatem quam et primitiva. vg. Legebam.

Mobilis Excipiuntur istae dictiones mobilis fomes etiamsi proveniunt a dictionibus habentibus quantitatem brevem illae autem non habent brevem sed longam. vg. fomes.

Corripiuntur. Excipiuntur istae dictiones arista, vadum, etiamsi proveniunt a dictionibus habentibus quantitatem longam illae autem non habent longam sed brevem.

15.

De Compositione.

Legem simp: Dictiones compositae eandem habent quantitatem in illis syllabis quas accipiunt a simplicibus etiamsi aliqua vo:

vocalis aut diphtongus mutetur in aliam vocalem. vg. religio.

Dejero. Excipiuntur istæ dictiones dejero, pejero etiamsi proveniunt, a dictionibus habentibus quantitatem Longa tamen illæ non habent Longam sed brevem. Et aliæ dictiones provenientes a verbo dico.

16.

De Compositione Præpositionum.

Longa A, de, E, Se, Di. Dictiones composita ex istis præpositionibus A de eandem habent Longas. vg. Amitto.

Præter dirimo. Excipiuntur istæ dictiones dirimo, disertus, quæ etiamsi proveniunt ex ista præpositione di, tamen illam non habent Longam sed brevem.

Sit re breve. Dictiones composita ex ista præpositione re eandem habent brevem. vg. rejicio.

Ad refert. Excipitur hoc verbum impersonale refert compositio ex ablativo re est Longum.

Corripe. Dictiones composita ex ista præpositione pro in græcis dictionibus habent pro breve. vg. propontis.

Produces. Dictiones composita ex præpositione pro in Latinis dictionibus eandem habent Longam.

Contrahe. Excipiuntur istæ dictiones fundus, fugio etiam. si componuntur ex præpositione pro, et sunt Latinæ dictiones tamen non habent Longam sed brevem. vg. profundus.

Atque propago. Hoc nomen propago quando significat genus est breve quando significat vitem est Longum.

Propino vanei. Excipiuntur ista verba propino etc etiamsi componuntur ex ista præpositione tamen eandem non habent Longam sed communem. vg. Propino.

Corripe ab. Dictiones composita ex istis dictionibus ab, ad etc

abad. eadem habent breves nisi obstet prima posi vg peu.

17.

De A, E, I, Y, et O in Compositione.

Produc A. Dictiones compositae primam partem compositionis habent longam vg trado.

At sinul. Dictiones compositae primam partem compositionis in E et I habent brevem. vg dirigo

Nequidquam. Excipiuntur istae dictiones nequidquam venefici et aliae dictiones compositae a nomine quis non habent primam partem compositionis brevem sed longam vg Nequ.

Idem. Excipitur hoc pronomen idem quando est generis masculini; et istae dictiones sicut ibidem, non habent primam partem compositionis brevem sed longam. vg Idem.

Composit. Dictiones graecae unam partem compositionis per omicron habent brevem, per vero omega habent longam vg Geometra.

Hic Latinum. Dictiones Latinae unam partem compositionis in aliquibus longam in aliquibus brevem.

Incrementum unae et adae declinationis.

Casibus. Nomina unae declinationis nullum habent incrementum nisi apud Poëtas desinens in ai et hoc est longum vg aulai.

Secundae. Incrementa nominum adae declinationis sunt brevia. vg tui.

Tamen. Excipitur hoc nomen iber cum composito celtiber etiam si sunt 2dae declinationis incrementum non habet breve sed longum ut vg Celtiber.

18.

Incrementa 3tiae declinationis.

Nominis accrescens. Incrementa nominum desinentium in A 3tiae declinationis sunt longa. vg Pat.

Masculi. Excipiuntur nomina 3tiæ declinationis masculini generis desinentia in al, ar et hoc nomen par cum suis compositis, quod etiamsi incrementum desinentiis, tamen non est longum sed breve. vg Annibal.

19.

E A.

Incrementa nominum græcorum 3tiæ declinationis desinentia in A et As sunt brevia. vg Anas.

Excep. Nomina desinentia in Ex quæ ante Ex aliquam literam habent consonantem incrementum habent breve.

Et fax. Etiam incrementa istorum nominum pax, thyrax, et compositorum illius perle sunt brevia vg fax.

20.

E crecens. Incrementa nominum 3tiæ declinationis perle sunt brevia. vg Grex

Verum. Excipiuntur crescementa desinentia in ë 3tiæ declinationis habentia genitivis in ësis sunt longa vg Ver.

Et peregr. Etiam incrementa nominum peregrinorum desinentia in el sunt longa. vg Michael

Er Es. Etiam incrementa nominum græcorum desinentia in er et es sunt longa.

Æther. Excipiuntur istorum nominum incrementa quæ non sunt longa sed brevia. vg Aeri.

21.

Compost. Incrementa nominum 3tiæ declinationis per i post v per y in fine habent incrementum singulare breve.

Et gradum. Excipiuntur incrementa desinentia in is provenientia a nominibus habentibus genitivum singularem in inis quod non sunt brevia sed longa. vg Delphin.

Et ibis. Etiam incrementa istorum nominum ibex, Neris etc. sunt longa vg dis.

22.

IX vel YX.

~~Ab~~ produc. Incrementa nominum 5tæ declinationis per e est longa. ex g. fidei.

Stricto. Excipiuntur incrementa per e nominum huius formæ quod non est longa sed brevia. ex g. calidi.

Et bebeis anceps. Excipitur hic nomen bebea quod incrementum per e non habet breve sed commune.

Sed breviles. Incrementa desinentia in l, provenientia a nominibus desinentibus in X quæ in genitivum inseguent sunt brevia.

Cocci. Incrementa nominis coccus non est brevia sed longa.

23.

O.

Ocrescens. Incrementa nominum per O sunt longa. ex g. vox.

Sed breis. Incrementa nominum per O passim sunt brevia et Overe magnum est longa.

Oneri. Incrementa nominum oneri et agon sunt communia.

Corripitur. Incrementa nominum per O provenientia a nominibus habentibus genitivum in oris neutrius generis sunt brevia. ex g. temporibus.

Ocris. Incrementa nominum per o et comparativi gradus neutrius generis sunt longa. ex g. brevius.

Capadocem. Incrementa per O nominum cappadox, allobrox et nominum compositorum apus sunt brevia ex g. leporis.

Hydropem. Incrementa per O nominis hydrops est longa.

V.

Ubrevia. Incrementa nominum per U 3tiæ declinationis est brevia. ex g. prudi.

Sed casus. Incrementa per U provenientia a nominibus desinentibus in us habentibus genitivum in uris, udis, unis,

uis sunt Longa.
Sed breve: Incrementa nominum generis ligis sunt brevia:
vg pecudis. A. E. I. O. U.
Pluralis casus. Incrementa pluralia per A, E, O, U sunt lon-
ga. vg bigarum.
Corripies. Incrementa nominum pluralia per I, U, sunt brevia:
vg montibus.
Verum excipe. Vocamen bos incrementum plurale per U
habet longum. vg bubus.

Cap. 6.

De Incrementis verborum per A et E.

A crescens. Incrementa verborum per A sunt longa.
Do inire: Excipitur hoc verbum do quod suum incrementum
A primum habet breve. vg dabam.
Eproq. Incrementa verborum per E sunt Longa.
Terre. Incrementa 3tiae conjugationis per E, posita an-
te Literam R sunt brevia. vg legeram.
Sedens. Incrementa verborum 3tiae conjugationis per E
in syll: reris rere sunt Longa.
Di bens. Incrementa verborum 2dae conjugationis per E in
syll: beris et bere sunt brevia.
Ram rim. Incrementa verborum cujuscunque conjugationis
per E, posita ante syll: ram, rim, ro sunt brevia.
Corripitur. Incrementa verborum praeteriti perfecti modi
indicativi 3tiae personae pluralis ante syll: runt aliquando
apud Poëtas sunt brevia: vg steterunt.

Cap. 7.

De Incrementis verborum per I, O, et U.

I crescens. Incrementa verborum per I sunt brevia vg linquimus.
Ebimus. Incrementa ultima verborum 4tae conjugationis in
praeterito.

in preterito perfecto modi indicativi persona prima numeri pluralis sunt brevia ut Audivimus.

Presens longum. Incrementa verborum per I 4tae conjugationis in presenti semper est Longa.

Hic adde. Incrementa verborum per I posita in aliis temporibus nolitis velitis et composita a verbo sum sunt Longa. ut nolimus.

Ri censum: Incrementa verborum per I, in conjunctivo modo in syll: Ri sunt communia apud Poetas.

O Incremen. Incrementa verborum per O sunt Longa ut Estote.

Corripe. Incrementa verborum per U sunt brevia. ut Sumus.

De ultimis syllabis.

A in fine.

Assignita. Dictiones desinentes in A ultimam syll: habent Longam. ut Lauda.

Ita postea. Excipiuntur istae dictiones eja, quia, et omnes casus desinentes in A, ultimam syll: habent brevem. ut quia.

Sed protrahe. Ablativi primae declinationis desinentes in A, ultimam sylla: habent Longam. ut Virgâ.

Producitis. Vocativi nominum Graecorum desinentes in A ultimam syllabam habent Longam. ut Maja.

Eôâ.

E

In fine.

E breve. Dictiones desinentes in E ultimam sylla: habent brevem. ut Lege.

Primam. Casus nominum primae et 5tae declinationis desinentes in E ultimam syll: habent Longam. ut Fermè.

Addde. Imperativi verborum 2dae Conjugationis numeri singularis desinentes in e ultimam syllab: ht longam. eg. Aude.
Et monosyllabae. Dictiones desinentes in E unius syllabae ht longa. eg. Me, Te, Se, etc.
Praeter Enc. Excipiuntur dictiones Enclitic. adsyllabicaeque desinunt long. sed breves. eg. Atque
Hae nom. Adverbia desinentia in e proventientia a nominibus 2dae declinationis habent ultimam sylle: longam excepto male. Et bene quae habent terminationem brevem. eg. placide.

3tia.

I In fine.

I produc. Dictiones desinentes in I ultimam syll: habent longam. eg. Pueri.
Breviae: Istae dictiones nisi, quasi et casus nominum Graecorum desinentes in I habent ultimam sylla: brevem.
Sive mihi. Ibi dativi mihi tibi ultimam syll: ht communem.
Corripies. Excipiunt istae dictiones ibi, ubi, et sic dativus cuj quando est duarum syll: melius ultimam syll: ht habent brevem, quam longam.

4ta.

O In fine.

O datur. Dictiones desinentes in O ultimam syll: ht communem. eg. Sermo.
Graeca. Dictiones Graece desinentes in O ultimam syllabam habent longam. eg.
Et monosyll: Dictiones unius syllabae desinentes in O ht longa. eg. Ao, do.
Ergo pro: Hoc adverbium ergo positum loco ablativi causâ ultimam sylla: habent longam.
Ternus. Dativi et ablativi nominum 2dae declinationis desinentes in O

desinentes in O ultimam syll: habent longam ut Dominis

atq; ista adv: cito, adeo, ideo, provenientes a nominibus 2dae

declinationis desinentes in O, ultimam syll: habent longam ut Deo.

Sed cito. Excipit ista dictiones cito, modo etiam si desinunt in O

tamen non habent ultimam syll: longam, sed brevem

Et varium. Hoc adverbium sero et conjunctio vero ultimam syll:

habent communem.

57a

V, B, D, T, in fine.

V semper produc. Dictiones desinentes in U ultimam syll:

habent longam.

B, D, T. Dictiones desinentes in b, d, t posita ante dictionem

incipientem a vocali sunt breves. Caput Antony.

67a

C, L, M in fine

C longum. Dictiones desinentes in C sunt longae.

Varium. Hoc pronomen hic positum ante dictionem in:

cipientem a vocali est commune.

Corripe. Ista dictiones donec, nec, quando ponuntur ante

dictionem incipientem a vocali sunt breves.

Corripe L. Dictiones desinentes in L posita ante dictionem inci:

pientem a vocali sunt breves. L vero ante consonantem est longum.

At produc. Ista dictiones sal, nil, et dictiones hebraicae desinen:

tes in L, ultimam syll: habent longam.

M verat. Dictiones desinentes in M posita ante vocalem prae:

cedentes dictioni aliquando apud Poëtas habebant termi:

nationem brevem, sed nunc eliduntur. ut Magnus Antiochus.

7ma.

N in fine.

N longum. Dictiones graecae et latinae desinentes in N ul:

timam

ultimam sylla: habent brevem

Graeca adde. Dictiones Graeca desinentes in ū apud Latinos mutant illam ultimam syll: desinentem in ū habent brevem.

Et 4tum. Accusativi cujuscunq declinationis desinentes in ū provenientes a nominibus habentibus ultimam syll: brevem, ipsi etiam sunt breves.

Forsitan. Ista dictiones forsitan in etc ultimam syll: ht brevem.

8va.

R desine.

R breve. Dictiones desinentes in R ultimam syll: ht brevē.

Ver longum. Excipiuntur ista dictiones ver. etc et composita a nomine par, et dictiones graeca desinentes in R quae habent genitivum in eris cum incremento longo ista ultimam syll: habent longam.

Sed cor. Hoc nomen in les melius est breve quam longum.

Celtiber. Hoc nomen celtiber ultimam syll: habet commune. vg Celtiber.

9na.

As et Es desine.

As produc. Dictiones desinentes in As ultimam syll: ht longā. vg Aeneas.

Quartum. Accusativi graecorum desinentes in as, ultimam syll: habent brevem. vg Troas.

Et rectum. Nomina desinentia in A, quae habent genitivum in adis cum incremento brevi ultimam syll: in as ht breve.

Et quoq. Dictiones desinentes in Es ultimam sylla: ht longā.

Breviat. Nomina desinentia in Es incremento brevi ultimam syll: ht brevem. vg miles.

Pes hinc. Excipiuntur ista nomina pes paries, quae etiam incrementum habent breve tamen ultima syll: eorum ht breve, sed longam. vg paries.

Comps. Secunda persona verbi sum es, et hoc adverbium penes,

genes, et dictiones graecae desinentes in es, sunt breves.

Norma.

Is vel Ys in fine.

Corripies. Dictiones desinentes in is sunt breves. ut Apis.
Pluralis. Excipiuntur omnes casus plurales desinentes in is, et ista dictiones glis, sis, ettis et ista dictio vis, sive sit verbum sive nomen, et 2dae personae verborum 4tae conjugationis cum suis compositis, et dictiones desinentes in is quae habent genitivum in inis, entis, et itis, sunt longae ut ....

Norma.

Os in fine.

Dictio Os. Dictiones desinentes in os habent terminationem longam ut Heros.
Compos. Excipiuntur ista dictiones compos et impos, et quae habent genitivum oris et nomina graeca neutrius generis desinentia in os non habent terminationem longam sed brevem ut Argos.
Addita. Excipiuntur nomina graeca 2dae declinationis et casus genitivi graecorum desinentes in os non habent terminationem longam sed brevem ut Arcados.

Norma.

US in fine.

Us breve. Dictiones per us habent terminationem brevem ut Populus.
Produc. Excipiuntur dictiones unius syll. et nomina 3tiae declinationis quae habent incrementum penultima syll. longa et nomina 4tae declinationis quae habent genitivum in us, et compos ab hoc inusitato nomine pus, etiamsi desinunt in us tamen non habent terminationem brevem sed longam ut opus.
Excepto. Excipiuntur casus nominandi nominativi et vocativi, qui non habent terminationem longam sed brevem.

Ludovicus Carb. Costacciarius

Tabulae

Rhetoricae Cypriani

Soarii S.J.

Vilnae

Typis Universitatis S.J.

1723 r.

16°

78 str. 1 k. n.

15 kartek pisanych ręką

Opr. tekt.